angeli de medio choro eiusdem hierarchie, Et dominatos A nem id est, angelos de summo ordine hierarchie secunda. In hac autoritate fundat se beatissimus theologorum princeps Dionysius, ponens principatus in infima hierarchia. Constituit quoque eum in die ascensionis, quo ad naturam assumptam, Et supra Omne nomen, id est, ultra omne ens nominatum aut nominabile, Quid nominatur id est, exprimitur, scitur, vel esse perhibetur. Non solum in hoc seculo variabili,

Sed etiam in futuro id est, in patria nominabitur aut scitur, id est, ultra omnem creaturam terrestrem & coelestem, corporalem ac spiritualem, sublinuat Christum, quo ad humanitatem assumptam: immo sola humanitas Christi propter uniuersum suam personalem cum verbo, praefantior est tunc vniuersu[m] simu[m] accepto. Et omnia subiecti sub pedibus eius. Iuuenientia creata Christi potestati atque imperio, immo & inferiori eius naturae (que nomine pedum intelligi potest) deus pater plenissime subdidit. Vnde ipse ait, Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Et ipsum Christum, deus pater. Dedit. Ii. constituit Caput principale, Super omnem ecclesiam militante ac triumphantem, Que est corpus ipsius Christi mysticum, quoniam vniuersitatem ut capiti per communionem naturae, participationem gratiae. Est quoq[ue] ecclesia Plenitudo eius videlicet Christi, vel quia ab ipso donis gratiae adimpletur, vel quia facit ad hoc ut Christus omnia membra sua mystica habere dicatur. Qui existens secundum diuinitatis naturam, Omnia in omnibus non essentialiter aut formaliter, sed causit ac supereminenter, ut dictum est plenus,

A dimpletur quantum ad mysticum corpus suum, quanvis in seipso non perficiatur nec crescat. ¶ Aduertendum preterea, quod Christus dicitur caput ecclesie, ad similitudinem capituli naturalis. Sicut enim in capite naturali sunt tria, videlicet cor, quoniam caput est prima atque superior pars hominis. Perfectio, quia in capite vigent omnes sensus. Virtus, quoniam motus & gubernatio omnium membrorum dependent a vi sensu[m] ac motu, que dominatur in capite. Sic Christus prior & alius est aliis propter gratiae suæ eminentiam. & in ipso sunt omnes sensus spirituales. Ipse quoque omnibus influere potest spiritualem sensum & gratie motum. Est autem Christus secundum utrunque suam naturam caput totius ec-

E iij clesis,

Psal. 8.
Hebrei. 2.

B
Matt. 28.
Collo. 2.

Cap. 2. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D clesia, sed secundum diuinam naturam influit authoritatue, estque caput iure creationis atque excellentissime gubernationis. Secundum humanitatem vero influit instrumentaliter: secundum quam etiam deus est caput Christi. Nec hominum tantum, sed & angelorum quoque Christus, ut homo, caput cœetur. Quemadmodum enim angelorum & hominum uas est ultimus finis atque felicitas, scilicet visio dei per speciem, sic uia est eorum ecclesia. Multitudine namque electorum actibus, officiisque distincta, mysticum Christi corpus vocatur. Quoniam igitur Christus etia ut homo propter propinquitatē sua ad verbum, influit habet in summos ordines angelorum, & ceteros uniuersos, eos purgando, illuminando & perficiendo (secundum magni Dionysij documenta) constat quod sit eorum caput Christus. Iam enim inductum est, quod deus constituit eum super omnem principatum & potestatis, &c. Alibi quoque ab eodē Apostolo de ipso assertur, quod est caput omnium principatus & potestatis. Postremo sciendū, quod Christus est caput omnium, non aequaliter, sed ordina quodā. Primo enim & principaliter est caput beatorum qui ei uniuentur per gloriam fruitionis. Secundo corū qui uniuentur ei per charitatem iure. Tertio autem illorum qui sola fide ei iunguntur. Quarto vero qui uniuentur ei per potentiam ad actū reducendā. Quinto (& maxime in proprie) eorum qui uniuentur ei per potentiam nunquam ad actū reducendam. Damnatorum vero Christus caput non est, sed existentium in purgatorio caput veraciter appellatur.

Cap. 11. Et uos cum effetis mortui in delictis & peccatis. ARTICVLVS. II.

Ntendens autem apostolus Ephesios ad gratiarum actionem inducere, & gratiam dei commendare, commemorat quales, i. q̄ vitios ac miseri, ex semetipis fuerunt, & quales per misericordiam & gratiam Christi effecti sunt. Et uos Ephesij Cum effetis mortui spiritu, In delictis omissionis, Et peccatis commissionis. De sic mortuis sit in euangelio dominus, Dimeſte mortuos se pellere mortuos suos, In quibus vitiis, Ali quando scilicet dum nondum credidisti in Christum, Am bulatist

Matt. 8.

IN EPIST. PAVLI AD EPHES. 226

bulatist iniuste viuendo, Secundum seculum id est, conuersationem seu vita Mundi huius qui totus in malicio positus est, id est, hominum mundanorum. Nec solum secundum Hier. 2. seculum, sed & Secundum principem potestatis aeris huius hoc 1. Ioan. 5. est, secundum suggestiones diaboli, qui potestatem suam exercet, & habitat in aere caliginoso, qui princeps hominum impiorum est, Spiritus malignus, Qui nunc operatur in filios diffidentie, id est, desperantes, incredulos, & indutros deducit ac possidit. Sequuntur enim pene in omnibus diabolicum infiuctum, In quibus delictis atque peccatis (quantum ad genus eorum) Et nos omnes Iudei, sicut & Gentes, Aliquando conuerſati sumus antequam gratiam Christi suscepimus, In desideriis carnis nostrae id est, Roma. 8. carnalibus concupiscentias consentiendo, Facientes, id B est, actū implentes, Voluntatem carnis & cogitationem id est, inclinations sensualitatis, & cogitationum prauarum, seu ea in quibus caro delectatur, vel cogitatio inaniter occupatur & gloriatur. Et etiam natura, hoc est, naturali propagatione ab Adam traducta: secundum illud, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, Filii ire, id est, psalm. 50. digni vindictæ & poena, propter originale peccatum, cui debet batur pesca domini, non pesca sensus, in posteris, Sicut & ceteri impii sunt. Deus autem qui dives, id est, copiosus, Est in misericordia, Nam in seipso immensam habet clementiam, & effectus diuina pietatis ineffabiles sunt. Iuxta illud, Misericordies eius super omnia opera eius Propter nimiam psal. 14. charitatem suam, hoc est, vehementer dilectionem, Qua di C 10an. 3. lexit nos. De qua dilectione legitur apud Ioannem, Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, Cun essemus mortui peccato originali ac personali seu actuali, Conuincit nos Christo, id est, simul cum Christo, in modo & per Christi incarnationem ac passionem uiuificant nos liberando à more culpa, & influendo vitam gratiae, daturus deum vitam gloriarum, Cuius gratia, id est, gratuita pietate, dono ac merito, Iesu salutari non propriis meritis. Et conuincit nos Christo, id est, cum Christo & per Christi resuicitationem resuicit nos à morte, nunc inspe, quod in die iudicii sit in re. Capitis enim praecessio, spes membrorum est, Roma. 2. Et cōsiderare fecit in coelestibus, in Christo Iesu, id est, per fidem, E iii, gratiam

D gratiam & meritum Christi iam preparauit nobis locum beatitudinis in coelestibus mansionibus: nunc enim confidere nos fecit in spe. Vnde & Christus ait, Ego dispono vobis regnum, ut edatis & bibatis super melam meam, & sedecatis super thronos. Et rufus alibi, Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo. Ut ostenderet in seculis superuenientibus hoc est, in futuris generationibus vel in die iudicii,

Luce. 22. Abundantes diutias gratiae sue id est, copiosa munera celestium gratiarum, seu gratia habitualis, ex qua omnia alia dona gratifica aliquo modo dependent. Haec autem diutiae non sunt nisi sublimia dona spiritus sancti nobis collata, in bonitate dei extenta. Super nos id est, ex diuina pietate nos misericorditer aspiciente, in Christo Iesu, hoc est, per Christum, & eius sacra mysteria. *Gratia enim, id est, gratuita dei pietate, qui oē homines vult saluos fieri.* Vel, gratia habitualis omne meritum vestrum praeveniente. Vel gratia, id est, gratio merito Christi, *Etsi saluati à potestate diaboli, & seruitute peccati, ceterisque animarum periculis (quantum est ex parte dei saluantis) per fidem,*

1. Cor. 15. Sine qua impossibile est deo placere, & sine qua nulla actio meritoria est, per quam etiam meritum Christi nobis applicatur. *Et hoc non ex uestib; id est, non propria virtute estis saluati. Dei enim donum est saluatio vestri, seu fides. Et hoc, Non ex operibus, id est, non vestris meritis salutacionem aut fidem meritis, sed deus misericorditer vos praeuenit,* *Vt ne quis glorietur, id est, ne aliquis se propriis viribus iactet salutatum, sicut in seipso, non in domino gloriatur. Et merito nemo in se gloriari debet.* *Ipsius enim dei Sumus factura, id est, creati à deo, quantum ad esse naturale, Creati (quantum ad esse gratiae) recreati ac regenerati,* *In Christo Iesu, id est, in sacramentis & fidei Christi. Sacraenta enim Christi gratiam conferunt, & Psalm. 91. spiritualiter creant. De qua creatione ait Psalmista, Cor mundum crea in me deus. Creati inquam, In operibus bonis, id est, per opera bona virtuosa ac meritoria ad perfectam regenerationem, & spiritualem existentiam duxi. Quanvis enim per fidem & gratiam renascatur & iustificetur, oportet tamen ut tempore opportuno fides per dilectionem operetur, quoniam fides sine operibus mortua est,*

Hiere. 9. *Ipse enim Christus Est pars nostra effectiue non formaliter, id est, pacificator noster. Nam pacem fecit inter deum & homines. Homines quoque per diuersas leges diuinos pacificari, immo homines & angelos optime pacificasse cognoscitur, Qui fecit utraque id est, duos populos feliciter ludæos*

Quae opera bona, Preparauit deus id est, in sua pra-A definitione nobis dare dispofuit. Omnia enim opera nostra operatur in nobis. Ut in illis ambulemus, id est, conuersemur, procedendo de via ad patriam per semitam mandatorum. Propter quod hoc est, quoniam tantam misericordiam confecutus es tu, idcirco ut gratiore sit domino Iacob. 2. deo, Memores efcone, quod aliquando antequam conuerteremini ad Christum, Vos gentes eratis, id est, gen- Psal. 118. tiliter & infideliter conuersantes in carne, id est, in peccatis carnalibus. Sic etiam accipitur caro ad Romanos. vbi dicitur, Vos autem in carne non estis, Qui dicebamus præputium, id est, immundi & incircumcis vocabamini, tanquam habentes præputium, Ab ea que dicitur circuncisio, id est, a populo Iudeorum circuncisio. Vel distincti à populo isto, Circuncisio enim est signum distinguens Iudeos à gentibus. In carne manuafa, id est, circuncisio ista in membro corporis, ministerio manuum fiebat, Qui eratis in tempore illo fini Christo, id est, sine fide, charitate & gratia Christi, quanvis sine Christo, prout deus est, nihil posuit in momento subsistere, Alienati à conuersatione Israel, id est, à cultu diuino, qui tunc in solo Israeltico populo viguit.

Ei hospites testamentorum, id est, extranci à veteri testam- B ento. Quod pluraliter testamenta vocatur propter diuersitatem promissorum suorum, Spem promissionis id est, eterna felicitatis nobis promissa. Non habentes ex sine deo vero, Deut. 7. id est, sine gratia atque notitia dei In hoc mundo. Nunc autem, id est, hoc tempore vestra conuersio, seu euangelica legis In Christo Iesu hoc est, per dominum salutarem. Vos qui aliquando eratis longe à deo, non loco sed diffimilitudine, quam efficit culpa. Iuxta illud propheta, Iniquitates vestrae diuiserunt inter deum vestrum & vos. Et, Esaias. 59. Peccata vestra abscondent faciem eius à vobis, Facti estis prope, hoc est, deo per charitatem vniuersi estis, In sanguine eius, id est, per preciosi sanguinis Christi effusionem.

Ipse enim Christus Est pars nostra effectiue non formaliter, id est, pacificator noster. Nam pacem fecit inter deum & homines. Homines quoque per diuersas leges diuinos pacificari, immo homines & angelos optime pacificasse cognoscitur, Qui fecit utraque id est, duos populos feliciter ludæos

Cap.2. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D Iudeos & gentiles, Vnum in fide ac dilectione. Hinc est quod ait ipse, Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sine vnum sicut & nos. Christus quippe est lapis angularis, in quo duo populi concurrerunt & adunati sunt. Ita ut ex Iudeis Gentibusque conuersus confest vna ecclesia. Propter quod aiebat propheta, Consilium pacis erit inter duos illos.

^{Ioan.17.} Psalm.117. Zacha. 6. Et medium parietem maceriae id est, obstatum accedendi ad deum, Soluens, id est, per suam passionem & gratiam auferens. Absolutus enim a Iudeis obseruantiam legalium a gentibus autem idolatriam, & pro omnibus satisfecit. De tali pariete ait Psalmista. In deo meo trahgrediar murum. Dicitur autem hic paries maceria propter suam infirmitatem. Maceria namque est congeries lapidum sine cimento. Vocaturque medius, quoniam diuisit populos istos ab iniucem, & a deo. Non enim sibi concordabant iniucem, neque cum deo stante pariete isto: sed erant omnes quasi oves errantes, vnuſ-^E quisque in viam suam declinavit. Gratia vero dei parietem istum destruxit facile, consumendo peccata, & vnitatem charitatis praestando, Inimicities Iudeorum & Gentium in alterutrum, & in deum, In carne sua, id est, per corporis sui mysteria, scilicet passionem & mortem. Soluens ipse est enim agnus qui absulit peccata mundi. Quibus ablatis amicitia redit, & habitate facit vnius moris in domo. Insuper Christus est, Legem mandatorum, hoc est, legem Moysaciam, plenam mandatis triplicibus, scilicet moralibus, judicialibus & ceremonialibus Decretis, hoc est, euangelicis praeceptis, Eucauans, id est, celsare faciens, quantum ad ceremonialia. De quibus decretis legem eucauans dicis Saluator, In his duobus praeceptis tota lex penderet & propterea Fertur autem Rabbi Moysen dicere,

^{Esaie. 53.} Matth. 1. Psalm. 67. Tot esse mandata in lege, quot sunt offa in humano corpore, hoc est, sexcenta & tredecim, Ut duos populos, à se olim fide & cultu diuisos (puma Iudeos & Gentes) Condat, hoc est, constitutus in semetipso tanquam in salvatore ac capite, iungens eos sibi per fidem & charitatem, In uno novo homine, hoc est, in semetipso deo humano, nouo ordine genito, & omnia innovante, Faciens pacem inter populos istos adiuvicem, & quo ad deum & angelos, Et reconciliat ambos deo in uno corpore, id est, in proprii corpo-

^{Math. 22.} Rabbi Moses. Romena. 12. Totum spiritum sanctum, id est, infinitum & operatione eiusdem spiritus sancti. Vel, in uno spiritu, id est, pari affectu seu anima una per charitatem. Sicut multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, Ad patrem aeternum, cum laudando, & operibus venerando. Vnde dicit alibi Apostolus, Adamcum cum fiducia ad thronum gratiae eius, ut misericordiam consequarit. Ergo, id est, quoniam per Christum reconciliati, & prope facti estis, habentes per ipsum accessum ad patrem: sicut & ipse ait, Nemo venit ad patrem, nisi per me, iam tempore gratiae & nouae legis, cum eis ad Christum conuersi, Non estis hospites, id est, aduentuij,

ris passione. Vel, in uno corpore, hoc est, ad hoc ut sint A vnum mysticum corpus ecclesie, quod est ipsa ecclesia, que est mysticum corpus Christi, Per crucem, id est, crucis passionem, Interficiens, hoc est, penitus tollens seu auferens, quantum in se est, Inimicities, id est, peccata que inimicitiam induixerunt. Odio enim sunt deo impius & impietas eius in semetipso, hoc est, propria morte ac merito. Iuxta illud Efaiae vaticinium, Pro nobis dolens vulnerata est. Item & illud Petri, Ipse peccata nostra tulit in corpore suo super lignum. Et ueniens Christus id est, in natura assumptus nouus apparenſ in terris, & cum hominibus conuersans ac ambulans, Euangelizauit, hoc est, dandam praedicauit, & per Apostolos datam annunciat, Pacem predictam Vobis gentibus, Qui B longe fuistis, hoc est, multum à deo auferi. Vnde in Evan gelio, Alias (inquit) oues habeo, que non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Etrursum, Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno celorum. Euangelizauit Et pacem his qui prope, hoc est, Iudeis vnum verum deum coletibus. De quibus ipse ait, Non sum missus nisi ad oues que perierunt, domus Israel. Hoc verbum Apostoli sumptum videtur ex eo quod per Efaiam dominus protefatur, Creatui fructuum labiorum eius, pacem ei qui longe, & pacem ei qui prope, quoniam per ipsum Christum tanquam per optimum mediatorum, reconciliatorem & adiucatorem Habet accessum, hoc est, causam atque fiduciam accedendi corde sincero, Ambo, id est, nos Iudei & gentes, C

In uno spiritu id est, infinitu & operatione eiusdem spiritus sancti. Vel, in uno spiritu, id est, pari affectu seu anima una per charitatem. Sicut multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, Ad patrem aeternum, cum laudando, & operibus venerando. Vnde dicit alibi Apostolus, Adamcum cum fiducia ad thronum gratiae eius, ut misericordiam consequarit. Ergo, id est, quoniam per Christum reconciliati, & prope facti estis, habentes per ipsum accessum ad patrem: sicut & ipse ait, Nemo venit ad patrem, nisi per me, iam tempore gratiae & nouae legis, cum eis ad Christum conuersi, Non estis hospites, id est, aduentuij, EPIST.

1.Tim.2.
1.John.1.

Aff.4.

Hic.4.

8&

Cap.2. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D & cito abeuntis à deo & ecclesia Et aduenie, id est, à deo & electis extranei. Per fidem enim & charitatem, & cætera dona spiritus sancti firmiter stabiliti estis in deo, atque in ecclesiastica unitate. Ideo subditur, Sed eflis ciues sanctorum, id est, de numero electorū, tamquam eiusdem iuri ac dignitatibus cum illis in domo militantis ecclesie. Et domestici dei, id est, deo familiariter copulati, & in domo eius (scilicet ecclesia) recepti, tempore manuū, Superedificati, id est, mente fortiter innixi, radicati atque fundati sive instruti, Super fundamentum apostolorum & prophetarum, id est, super Christum, qui est primum fundamentum, in quo apostoli & prophetæ fundati fuerint per fidem & gratiam singularem. Potest quoque per fundamentum intelligi sacra scriptura noui ac veteris testamenti, in qua fidelium corda fideliter constabiluntur. Aedificati itaque estis hoc modo, ipso summo angulari lapide existente, Christo Iesu, id est, ita ut Christus in edificio isto ecclesie spirituali sit lapis summus & angularis. Lapis quidem, quoniam firmiter sustinet & conferuat credentes in se. Summus, quoniam perficit eos. Angularis, quia in ipso, sicut in capite viuunt duo populi, Iudei videlicet & gentiles ad constructam vnam ecclesiam, quemadmodum duo parietes in lapide materiali in angulo positio concurrent atque cohaerent.

Psal.117. De hoc lapide ait Psalmista, Lapidem quem reprobaverunt a dñicantes, hic factus est in caput anguli. Quod Christus de se predictum testatur, dicens Iudeis, Nunquid legitistis? Lapidem quem reprobaverunt aedificantes &c. In quo Christo, id est, in cuius doctrina, fide & gratia, Omnis edificatio, id est, dominus, videlicet fidelis quilibet, seu multitudine fidelium, Constructa, id est, spiritualiter erecta & confirmata Crescit, id est, proficiendo procedit de bono in melius, In templum sanctum, id est, ad hoc ut sit templum purum à vitiis, in quo deus per gratiam habiteat dignetur: iuxta illud, Templum dei sanctum est, quod estis vos, In domino, id est, adiutorio dei, vel secundum voluntatem ipsius. In quo domino, id est, cuius subsidio, Et vos coedificamini, id est, simul cum aliis fidelibus aedificamini, intus in anima, virtutibus, donis atque scientiis, In habitaculum dei, id est, ut sit templum inhabitacionis divinae in spiritu sancto, id est, virtute spiritus sancti, qui huius aedificationis artifex est, & sine quo nullum acceptum est opus.

CQueritur

IN EPIST. PAVLI AD EPHESIOS. 223

CQueritur circa praedicta, quomodo ei (quod dictum est, A) iam non estis hostipes & aduenie, consonet, quod de sanctis scriptum est alibi, Confiteentes quia peregrini & hostipes sunt super terram. Item quod ait Petrus, Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos. Et illud denique Davidicum, Ne fileas, quoniam adueni ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. Et respondendum, quoniam sunt peregrini & aduenient quantum ad feculam istud, in quo peregrinantur a domino, suspirantes ad patriam supercelestem. Mundus enim carcer est atque exilium electorum. Non autem sunt hospites peregrini aut aduenient quoad regnum & dominum seu ciuitatem militantis ecclesie, immo & triumphatis ecclesie ciues & domestici sunt in spe.

Cap. III. Huius rei gratia ego Paulus vincitus Iesu Christi. ARTICVLVS III.

RANS præterea sanctus Apostolus pro Ephesis, ait, Huius rei gratia, id est, pro hac causa misericordia, & vobis gratiosa, videlicet ut adificemini in habitaculum dei in spiritu sancto, secundum intellectum iam expressum, Ego Paulus vincitus Iesu Christi, id est, propter Christum Romæ incarceratus, & vinculis stricctus, Pro vobis gentibus, id est, ob hoc quod vobis genitus erangelizabo. Et hoc vobis confitare potest sic esse, Si tamen auditis dispensationem gratiae dei que data est mihi, id est, gratiam mihi ex diuina dispensatione seu dispositione collatum, videlicet apostolatum, & cetera dona gratis data atque gratifica, mihi impensa, In vobis, id est, ad vestram salutem & instructionem, quoniam secundum revelationem, id est, ex supernaturali & clara illuminatione Christi, Notum mihi factum est sacramentum, id est, humanae redemptionis mysterium seu occultum dei consilium de salutione hominum, Sicut supra videlicet in praecedenti capitulo, Scripti in brevi sermone, dicendo de Christo. Ipse est pax nostra, qui fecit vitram unum, Prout potest legentes verba illa, Intelligere, prudenter, id est, sapientiam, Meam in mysterio Christi cognoscendo, id est, in descriptione, predicatione, seu cognitione huius divini secreti, seu summa mentis consilij, vtpuis quod gentes per Christum salvandæ sint, Quod mysterium Aliis, id est,

Infrā.4.

C

2.Cori.1.

Supr.2.

Cap.3. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D id est, præteritis, Generationibus non est agnitus, hoc est, reuelatus, scilicet Filiis hominum qui fuerint, Sicut nunc, tam plene, Math.11. tam vulgare, & tam perfecte q[uod] modo. Reuelatum autem sanctus apostolis eius & prophetis noui testameti, quoru[m] multi nominantur in Actibus Apostolorum. Nam & omnes apostoli fuerint prophete. His ergo reuelati sunt, In spiritu, id est, per spiritu sanctu[m]. Vel, in spiritu, i.e. spirituali mentis excessu seu elevatione ad percipiendam reuelationem diuinam, Ego gentes, id est, electos gentiles, Coheredes quoad felicitatem futuram, Et corporales, hoc est, ad idem mysticu[m] corpus pertinentes. Et comparticipes promissionis, i.e. cofortes celestium promissionum cui nobis Apostoli, ceterisq[ue] electis Iudeis. Ita ut eadem sit beatitudine omnium nostrorum in patria, & nunc unum corpus sumus Christi. Quod E totum factum est, In Christo Iesu, i.e. in virtute & gratia, seu per incarnationem & passionem & merita Christi. Itē Per euangelium, hoc est, euangelica legis predicationem, per quam gentes ad fidem conuertere sunt, & Christi gratia suscepserunt, Cuius euangelium, Factus sum ego minister, id est, obsequiosus annunciator, Secundum donum gratiae dei que data est mihi, hoc est, secundum apostolatum & sapientiam mihi diuinum distributa, Secundum operationem virtutis eius, id est, secundum influxum diuinae potentiae ad tantam me gratiam promouentis. Mihi enim Paulo, Omnia factiorum minima non simpliciter, sed secundum aliquam considerationem, videlicet quantum ad id quod sum ex meipso, & quod feci aduersus ecclesiam. Etenim secundum diueras consideraciones suis ipsius, potest homo dierof de sele iudicare modo sine mendacio. Sicque maior ac perfectior potest ex vere humiliare sub inferioribus. Numquā enim debet aliquis propter humilitatem à veritate recedere, Data ei gratia haec, id est, authoritas & sapientia, In gentibus euangelizare, hoc est, gentibus predicare, Inuestigabiles diuitias, id est, imperitabilita & copiosissima dona & beneficia Christi, hominibus praestata vel promissa, Et illuminare instrumentaliter, id est, predicando docere, Omnes gentes, id est, quasdam de omni genere gentium, Quae sit dispensatio, id est, executio, seu dispensativa adimplatio, Sacramenta abscondita, conditi à seculis in deo, id est, humana redemptio[n]is secreto consilio facta, seu incarnationis filii dei. Quod sacramentum absconditum, seu celatum fuit in deo, id est, in diuinae mentis notitia

IN EPIST. PAVLI AD EPHESIOS. 224

notitia à seculis, id est, ab omnium generationum exordiis, A utpote ab origine mundi, ita ut nulli creaturæ angelicæ vel hu[m]anæ fuerit plena manifestatum. Qui deus, Omnia creavit, ut innotescat principibus & potestatibus in caelisibus per ecclesiam multiformis sapientia dei secundum præfinitionem seculorum, quam fecit deus in Christo Iesu domino nostro. In horum expositione verborum maximam difficultatem habentium, sanctus Hieronymus & sanctus Augustinus nonnihil dissonare videntur. Secundum Hieronymum enim exponitur sic, Mih[i] data est Hierony[mi] gratia, euangelizare in gentibus inuestigabiles diuitias Christi, ut innotescat, id est, ita ut notificetur principibus & potestatibus, id est, angelorū ordinibus, qui sunt in caelisibus mansionibus per ecclesiam, hoc est, per apostolorū in ecclesia prædicationem, seu ex predicatione Apostolorū in ecclesiis facta, multiformis sapientia dei, id est, diuinae mentis sapientialis B dispositio de humani generis liberatione. Quæ vtique cognitio, vel sapientia dei, quanu[m] in se vna & simplicissima sit, tamen propter diversa que includit, concernit & efficit, multiformis vocatur. Est enim de omnibus mysteriis Christi. Quod autem subiungitur, secundum præfinitionem seculorum &c. referri potest ad verbum innotescat, eritque sensus. Ut innotescat principibus & potestatibus per apostolorum prædicationem multiformis sapientia dei, secundum præfinitionem seculorum, id est, secundum prædicationem dominicanam ab exordio temporum præconceptram, quam præordinationem fecit, id est, effectu[m] mancipavit, in Christo Iesu domino nostro, hoc est, per Christi prædicationem inchoatiue, & per miserationem ac illuminationem qua ipse Apostolos docuit, & ad prædicationem emitit. Secundo, refertur ad nomen multiformis. Tamquam dicat, Multiformis sapientia dei, non in se multiformis, sed simplex. Multiformis vero, secundum præfinitionem seculorum, id est, secundum ordinatorem eorum que in seculo sunt. Vel secundum hæc ipsa ex diuina præordinatione procedentia: quam præfinitionem fecit, id est, impluit, vel implere disposuit deus pater, in Christo Iesu domino nostro, id est, per virginem filium suum, per quæ facta sunt omnia. Qui testatur, Pater meus vtique modo operatur, & ego operor. C Secundo exponitur iuxta Augustinum, hoc modo, Data est mihi gratia illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti à seculis

Ioh.1.

Ioh.1.

Augustini

Cap.3. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D à seculis in deo absconditi, vt innotescat, id est, sic tamen vt innotuerit principibus & potestatis, id est, angelis vniuersis: per ecclesiam, hoc est, in ecclesia, multiformis sapientia dei. Ponit ergo Augustinus super Genesim, quod omnes angelii à principio seculi praecongnoverunt mysterium regni coelestis, id

S.Thomas. est, vngeniti filii dei incarnationem. Quod etiam Thomas in Hieresi.

prima parte affirmat rationem adicens. Quoniam incarnatio verbi est finis ad quem omnia angelorum ministeria ordinantur. Omnes autem sunt aliquo modo administratorij spiritus. Omnes ergo sacramenta hoc cognoverunt, quantum ad substantiam eius in generali, non autem quantum ad singulas circumspectias, seu particulares conditiones ipsius. Et quantum ad hoc, profecerunt in cognitione multisformis sapientie dei,

E mysteriorumque Christi tempore ascensionis & predicationis Hieronymi Apostolorum. Porro beatus Hieronymus videtur sentire

Hieron. 63. oppositum hoc loco, & Esaiæ expensis illud. Quis est iste qui venit de Edom. Ait itaque, quod angelii mysterium incarnationis, passionis Christi ignorauerunt, donec impleretur. A

Christo quoque ascende illud addicerent, atque ex predicatione Apostolorum in eius agnitione proficerent. Veruntamen si dicta Hieronymi diligenter inspiciantur, non videntur predictis penitus dissonare. Nam asserit quod angelice dignitates non ad purum intellectum præmemoratum mysterium, donec completa est passio Christi, & Apostolorum predicatione in gentes promulgata. Certum est autem dici non posse, quod angelii absolute nescierunt mysteria Christi, do-

F nec rebus essent expleta. Prophetica autem reuelationes (secundum Dionysium) angelorum ministerio sunt, quod ergo de Christo praecongnoverunt prophetæ, angelii prius certiusque nouerunt. De hac vero materia plenus dixi in Esaiæ, exponendo caput illud, cuius exordium est, Quis est iste qui venit de Edom? Videtur quoque exppositio gloriose Hieronymi hoc lo-

Esaiæ 63. 14. comagis concordare literè, quam exppositio Augustini vt constat inspicienti. In quo Christo, id est, cuius gratia & merito,

EPIST. Habemus fiduciam futura felicitatis, Et accessum ad deum, In confidentia, hoc est, confidendo de bonitate dei, meritis Christi, & actibus propriis, Per fidem eius quia in fide Christi omnia bona nostra fundantur. Unde & confidentia ista ex fide procedit. ¶ Deinde admonet Ephesios ad patientiam atq;

constantiam.

IN EPIST. PAVLI AD EPHESIOS. 225

constantiam. Propter quod obsecro, hoc est, per sacra vos rogo, EPIST.

Ne deficitis, hoc est, ne frangamini per impatientiam, pu-

A fillanimitatem, aut tedium animi, nec à fide, bonoque opere deficiatis, In tribulationibus meis, id est, ex cōsideratione perseguitionum, & aduersitatum quas patior, Pro uobis, hoc est,

ad vestri adiunctionem ac probationem, Quæ constantia, scilicet non deficere, Est gloria uestra, id est, gloriosum me-

ritum vestrum. Solent autem pusilli scandalizari, frangi, defi-

cer, dum conspicunt iustos ab impiis opprimi aut occidi. In

quorum persona scriptum est ab Acac. Quare domine non

recipisci cōtemplores, & tales concubante impio iustiorē

se: Propter hoc lacerata est lex. Exercitati autem in via & lege

divina, qui sciunt quod per multas tribulations oportet nos

intrare in regnum coeleste, & quod pœnæ iustorum in hac vita non

sunt nisi medicinae atque remedia, non mouentur ex hocquin

potius dicunt illud Saluatoris, Beati qui perseguitionem pa-

tientur propter iustitiam, quoniam iporum est regnum celo-

Roma. 8. lorum. Huic rei gratia puta ne deficitis a bono propter adiuria. Efecto genua mea, id est, corpus in oratione humiliando ad insinuandum vel excitandam cordis mei humilationem,

Ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in celis, & in terra nominatur, id est, de cuius verissima pa-

ternitate deriuatur, & nomen paternitatis fortuit, omnis pa-

ternitas angelorum & hominum. Ita quod paternitas primo &

proprie conuenit deo patri qui genuit filium non solum in na-

tura similem, sed etiam sibi contubstantiale. Ceteris vero

conuenit paternitas per quandam imitationem paternitatis C

diuina. Ut de uobis secundum diuitias glorie sue, id est, se-

cundum plenitudinem sue perfectionis increata & opulen-

tissimæ, Virtutem, id est, cordis constantiam, Corroborationi,

hoc est, ut cōfirmemini, Per spiritum eius, id est, per inspira-

tionem & opem spiritus sancti, In interiori homine, hoc est, in

anima. Quod est, Habitare Christum per fidem formatam in

cordibus uestris, id est, mansioem quietam, ac iugem praefi-

cientiam habere in interioribus vestris. Sitis quoque in chari-

tate dei ac proximi, Radicati, hoc est, radicibus fixi, seu fir-

miter inherentes, quemadmodum radix terræ fortiter inest,

Et fundati, id est, per firmas rationes diuini amoris stabiliti,

videlicet ex cōsideratione diuina bonitatis in se, & charitatis

F cius

Cap. 3. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

1. Cor. 9. eius super nos, ex consideratione etiam beneficiorum, promis-
sionumque Christi. Ut possitis comprehendere, id est, sincere
cognoscere, Cum omnibus sanctis, hoc est, sicut sancti in via
deo reuelante cognoscunt; Quia sit latitudo spiritualis chari-
tatis, Et longitudi, Et sublimitas, Et profundum eius. Ha-
bitaciones atque bountant charitati, per similitudinem corpora-
lium dimensionum. Vnde latitudo charitatis est, quod ad om-
nes extenditur, etiam inimicos. Longitudo eius est quod ten-
dit in longum ac futurem, videlicet usque in ultimum fi-
nem, seu vitam aeternam, nec frangitur propter dilationem.

Augustin. Vnde secundum Augustinum, Longitudo est perseverandi lon-
ganimitas. Sublimitas vero charitatis est, quae immediate vnit
nos deo, in modo in deum transformat, eique inseparabiliter col-
ligat, quod maxime in patria adimplerat. Profundum autem
charitatis est condescensus ad proximum. Vel humilationis
declinatus ex consideratione terribilium iudiciorum dei.

Jacobi. 1. Possunt quoque haec quatuor metaphorice ad diuinam re-
ferrri naturam. Ut latitudo pertinet ad diuinam naturam com-
unicabilitatem, qua deus aut omnibus affluerit, nec aliquid
expers est ad diuinam bonitatis participationem. Longitudo vero
pertinet ad aternitatem, qua attingit a fine usque ad finem, in modo
vniuersa praeedit, et omnia sequitur. Vel ad longanimum ex-
pectationem, qua impiorum praeftolatur emendationem. Sub-
limitas autem ad maiestatis diuinae incircumscripibilem ex-
cellentiam. Vel ad promissorum supernaturalem dignitatem.

Psal. 35. Profundum quoque, ad incomprehensibilia diuina natura, eiusque
iudiciorum. De quibus dicit scriptura, Iudicia tua abyssus multa.
Iob. 11. Item alibi, Ex excelso celo est. Et quid facies? Profundior
inferno. Et vnde cognoscetis: Longior terra mensura eius, & la-
tior mari. Positis scire etiam scientia practica, hoc est, scien-
tia imitari, & iuste agere, Supereminenter scientia charitatem
Christi, id est, dilectionem illam precipuam, qua Christus se-
cundum suam scientiam nos dilexit. Dilectio enim et cogni-
tione procedit. Vel sic, Positis scire charitatem Christi super-
eminente scientia, id est, nostra notitia sua magnitudi-
ne excedentem. Ut impleamini, id est, diuinarum gratiarum
recipiendo influxum tendatis ac perducamini, in omnem ple-
nitudinem dei, id est, ad omnia dona perfecta que conferuntur
a deo. Quatenus nunc obtineatis plenitudinem meritorum: post
modum

IN EPIST. PAVLI AD EPHESIOS. 226

modum vero plenitudinem praemiorum. **Ei** autem scilicet deo A
omnipotenti, Qui potens est omnia, sibi placenta, & nobis la-
lubria, Facer, id est, implere. Superabundanter quam petimus **FINIS.**
aut intelligimus, id est, copiosius quam orare aut noscere valea-
mus, qui tamen plus intelligimus, quam orare praesumamus,
Secundum uirtutem, id est, omnipotentiam suam, Quae operas-
tur in uobis, ut causa prima ac principalis, nobisque virtutem &
gratiam operandi largitur, ipsi sit Gloria, id est, clara cum
laude notitia, In ecclesiis, id est, in cordibus fidelium, qui deum
glorificant, Et in Christo Iesu, id est, propter ea que nobis
per Christum donauit. Gloria inquit, duratura, In omnes ge-
nerationes, id est, per vniuersa generationum intercalata, seu
tempora **Secula**, id est, praetensis vita contentiva, Secularum,
id est, includentis in se fecula vniuersa, id est, singulas mundi B
atates. **¶** Porro, secundum Damascenum, seculum multa signi-
ficat. Primo, vniuersu*s*que rei vitam. Secundo, tempus mille
annorum. Tertio, totam vitam seu durationem (ut ita loquar)
præsentem. Quartu*s*, vitam futuram in patria post resurrectio-
nem nouissimam. Quinto, mensuram aeternorum. Sexto, mensu-
ram perpetuorum. Septimo, singulas septem mundi atates.

Cap. IIII. Obscro itaque uos ego uincule in domino.
ARTICVLVS IIII.

LOCUVIT sanctus Apostolus omnia bona nostra de **Ephes. 3.**
uine pietati ac gratia esse ascribenda, induxit
quoque Ephebius ad gratiarum actionem, & fudit
pro eis precem deuotam. Iam in moralibus in-
struit eos dicendo: **O**bscro itaque uos ego uinculus, **EPIST.**
id est, Roma i[n]carceratus atque ligatus, **T**u domino, hoc est,
propter deum & fidei predicationem, **V**t digne ambuletis quo-
tidie in virtutibus proficiendo. Digne inquam, **V**ocatione qua
uocati esis ad Christianam religionem atque euangelicam le-
gem me foris per predicationem meam vocante, deo autem
interius operante, & per inspirationem internam vocante, hoc
est, sic uiuite ut conuenit Christianis, & sicut lex ubet quam
assumpsisti. **C**um omni humilitate interiori & exteriori in ver-
bis & factis, ita ut latenter superbiam & manifestam pre-
sumptionem ac promptam abiiciatis, **E**t manuetidine, id est,
E ij mititate

Cap.4. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

Matth.11. mititate iram refrenante. Hoc & Christus admonet. Discite, inquiens, à me, quia misericordia sum & humilis corde. Vnde & **Tobie.4.** Tobias præcepit filio suo, Superbiū nunquam in tuo sensu, aut in verbo tuo dominari permittas. In ipsa enim sumptu initium omnis perditio. Et in Ecclesiastico scriptum est, Odibilis coram deo & hominibus est superbia. De commendatione vero mansuetudinis scriptum est, Fili, in mansuetudine operā tua perfice, & super hominum gloriam diligenter. Cum patientia que passionem tristitiae auferat, id est, cum & quantum tolerantia aduersorum, Supportantes iniucem mutuos defectus atq; labores, compatiendo peccantibus, & laborantibus succurriendo; sicut alibi dicitur est, Alter alterius onera portate, In charitate, id est, sincero affectu non simulatione, aut pro commone de temporali. Solliciti seruare, id est, studioſi ac diligentes ad cōſeruandum, Vnitatem spiritus, id est, spiritualēm vniōnem & conformitatem animorum, ut vobis anima vna per charitatis affectū, vel vnitatem spiritus, id est, vnitatem ecclesie quam facit spiritus sanctus, in uinculo pacis, hoc est, in pace seu tranquillitate animi, que est spirituale vinculum unitatis praefatae, quoniam nutrit eam atq; conseruat. **Vnum corpus Christi** mysticum estis, Et **vnum spiritus** cum deo ei fideiter adhærendo. Vel, **vnum spiritus** cum spiritu Christi per charitatem, eadem volendo ac nolendo cum eo, quemadmodum per Hieremiam dominus loquitur, Dabo eis cor vnum, & animam vnam. **Sicut vocati estis in unam flem,** id est, ad eandem beatitudinem sperandam. **Vocationis uestre,** id est, ad quam vestra vocatio ordinatur. Merito insuper obseruanda est vnitatis ista interna ac spiritualis. Nam **vnum dominus** scilicet deus trinitas. De quo in libro Hebreo quidam aiebat, Dominus rex omnium, in ditione tua cuncta sunt posita. **Vneſtis in specie ex parte obiecti,** quod est veritas prima, sed ex parte subiecti. Eorum fides numeratim diuerſificatur. Quanuis enim multa sint credenda, & multi articuli fidei, vna tamen est formalis, & propria ratio obiectalis, propter qua omnibus creditur, & cui fides innititur scilicet veritas increata. **Vnum baptisma in specie,** quia materia vna est, utpote aqua, & forma baptismi cadet est. Vel dicitur baptismus vnum, ex parte interioris Baptista, videlicet Christi, qui solus lauat & mundat interior. Vel ideo vnum vocatur, quia iterari non potest, estque eiusdem valoris à quoconque

IN EPIST. PAVLI AD EPHESIOS. 227

à quoconque ministretur, quoniam non consistit in merito datum, sed in virtute dominicae passionis. **Vnus deus & pater omnium,** hoc est, deus trinitas. Qui deus dicitur propter creationem: pater, propter benignam gubernationem, qui est Super omnes id est, incomparabilis dignitate cunctis prestantior. Et per omnia spiritualiter existens sue diffusus, cunctaque penetrans & includens. Propero quod ipse per Hieremiam cōtestator, Nunquid non cœlum & terram ego implo? Et in omnibus **Hiere.23.** nobis creditibus atq; electis est per fidem, charitatem & gratiam. Sed ne ex hoc quod dixit, nos esse vnum corpus, vnumque spiritum, aestimetur in omnibus esse per gratia, subditur, **Vnis** cuique autem nostrum data est gratia, gratum faciem, vel gratis **EPIST.** data, feu utraque simul. Secundum mensuram donationis Christi, **Ioan.1.** hoc est, iuxta quantitatem mensuratum à Christo: vel secundum quod Christus dator mensuratur, qui dat singulis secundum propriam capacitatem sue virtutem. Propter quod dicit Psal. **Psal. 67.** misita, Ascendens Christus in altum, id est, in celum empyreum in die ascensionis. Captiuum duxit captiuitatem, hoc est, à diabolo captos eripuit, cepit, & secum deduxit, videlicet sanctos de lybro omnesque omnino purgatos. Dedit dona hominibus maxime in die sancto Pentecostes, quando discipulis mittens spiritum sanctum, impletuit corda eorum diuersis charismatibus spiritus sancti, ut patet in Actibus. Allegat autem Apostolus potius sensum quām verba Psalmista. Sic enim continet nostra translatio, Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, acceperisti dona in hominibus. **Quod autem Christus Ascendit, quid est hoc est,** quomodo verum est. **Nisi quia &** descendit primus, id est, ante, videlicet in die resurrectionis seu mortis sua. **In inferiores partes terre?** id est, ad lymbum patrum, qui est securus inferni litum in medio terra. Inde enim captiuum duxit captiuitatem. **(¶) Porro Christus in puncto mortis suis descendit in lymbum, quantum ad animam. In die vero resurrectionis rediit illuc cum corpore & anima secundum quosdam.** Vel sic, Descendit primus in inferiores partes **Zach.9.** terre, hoc est, ad hunc mundum inferiorem, humana naturam assumendo, atq; in mundo visibiliter operando. Vnde ipse ait, Nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo. **Qui des.** **ioan.3.** **fendit modis præfatis,** ipse est & qui ascendit in die ascensionis secundum corpus & animam, **Super omnes celos ma-** **F iii.** **teriales**

D teriales & habitationes eorum. Ascendit autem loco & dignitate, vel potius dignitatis sue manifestatione super omnes creaturas corporales ac spirituales. Sunt autem septem cœli planetarum: etiam cœlum est firmamentum quod appellatur syderum. Estque partim diaphanum, & partim lucidum. Nonum est cœlum crystallinum, seu aqueum, omnino diaphanum, quod philosophi nominant nonam sphæram. Ultra quam aliqui ponunt decimam sphæram seu decimum cœlum, quod nominant primum mobile. Ultra hos cœlos, est cœlum empyreum maximum & uniforme ac simplex atque immobile, quod est mansio beatorum. Denique præter hos cœlos superiores, & secundum substantiam prorius incorruptiles sunt cœli elementares, videlicet cœli aëreum, æthereum, olympium, & igneum.

E Sic ergo ascendiit ut adimpleret omnia quae in lege, prophetis, ac psalmis de ipso prænunciata fuerint. Vnde in cruce dicebat,

Luke.24. Consummatum est. Vel, implerent omnia genera hominum, id est, quosdam de viuenteris generibus hominum donis & gratia spiritus sancti. De quibus omnibus dixit apud Iohannem, Omnia traham ad me ipsum. Quomodo autem & quibus gradibus hoc fecerit subditur, Et ipsi Christus dedit, hoc est, gratis constituit,

Ioan.19. Quosdam quidem Apostolos de quibus in Luca habetur, Hos duodecim elegit, quos & Apostolos nominauit.

Ioan.10. Quosdam autem prophetas, id est, futurò prænuntiatores, ut erat Agabus & Dionysius, qui Iohanni Euangelista præphetauit de sua reductione à Patmos. Secundum Ambrofum per prophetas potius intelligentur scripturarum expostores, quoniam

Lucre.6. In novo testamento scripturarum explanatores appellantur propheta. Alio uero Evangelistas vel quia Euangeliū conseruent, ut Lucas & Marcus: vel quia euangeliū predicatorum, ut septem diaconi & successores eorum. Euangelistæ namque vocantur, qui quanquias sacerdotes non sint, tamen euangelizare ex officio possunt. Alios autem dedit Pastores & doctores, puta episcopos, qui verbo & opere gregem suum perficere habent. De quibus dominus loquitur per Hieremiam, Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pacient vos scientia & doctrina. Loquitur autem Apostolus de distinctione istorum formaliter. Materialiter namque frequenter coincidunt, eo quod eisdem persona diuerse gratie conferantur. Nam ipsi Apostoli utique & prophetæ & Evangelistæ, pastores atque doctores fuerunt.

Aff.ii. **Ambrof.**

Lucas. **Marcii.**

Hierec.3.

fuerint, Hos itaq; dedit deus. Ad confirmationē sanctorū .i. A vt felicitate finiantur seu consumetur, qui nunc sancti & post-

eti consuntur, qui & à prædictis diriguntur. **I** epis ministeriorum id est, operum obsequium, puta ad hoc ut singuli sua officia ordinante & expedite valeant exequi. In ædificationem corporis Christi .i. propter ædificationem spiritualem ecclesiae, & vt infideles per fidem ei incorporentur, que est mysticū corpus Christi. ¶ Porro prælatio ordinationis prædicta durabit, Donec occurramus omnes hoc est, in die iudicij nobis invicti & Christo obuici, iuxta illud in Euangeliō, Ecce sponsus venit, Matt.25. surgite obuici ei. Et alibi, Simil rapiemur cū illis in nubibus obuici Christo, In unitate fidei hoc est, idem credentes quantum ad electos fideles, qui nondum deum per speciem videre meruerunt, Et agnitionis id est, contemplationis, Filiū dei Hoc refertur ad beatos qui ante futurum iudicium deo perfunduntur. Vel sic, Occurramus omnes, qui iam sumus & viuimus, in unitate fidei, i.e. in uita fidei catholica, & agnitione fidelis Christi filii dei. In virum perfectum hoc est, in statu perfecto, habebitis videlicet perfectionem virtutum, & fortitudinem animorum, sicque appareat nos esse viros non ratione sexus, sed perfectionis. Non ergo ideo ait, in virum perfectum, quasi post resurrectionem defecetus sit sexus muliebris, sed quia electi feliciter immutabuntur.

Galat.4. In mensuram etatis plenitudinis Christi hoc est, in ea atate occurremus & resurgemus, quia Christus consummatus atque occisus est, scilicet, in anno triginta mortis. Non autem in mensuram corporis vel statuta, quoniam vnuquisque proprii corporis mensuram recipiet, quam vel in iuuentute habuit, licet senuerit, vel fuerat habiturus nisi prius obiisset. Non autem satis est dicere secundum Augustinum,

August. quod in resurrectione detur corpori magnitudo quam non habuit, nec naturaliter habuisset, vel quod corpora maiora ad dominici corporis quantitatē redigantur: sic enim multum periret de illis: cum tamen ne vnu quidē periturus sit capitulus eorum. Hæc vero tā præclara largitus suis datus est deus beneficia nobis. Ut iam post receptionem baptismi, & conversionem nostram, Non sumus parvuli .i. discretione ac sensibus minoriora seu modici, Fluctuantes id est, instabiles, Et circunseremur id est, vndeque à deo & rectitudine facta conversationis abrahamus ac euagemur, Omniuento doctrina

Luc.21. F iiiij. id est,

1.Theſ.4.

1.Matt.25.

1.Thess.4.

B

Galat.4.

FINIS.

D id est, inani, verbosa, & turbulenta instructione hominum peruersorum ne deputemus cum illis, de quibus dicit Psalm. In circuitu implicantur. Et, Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulum ante faciem venti, quæ circumferentia seu vana instruc^{tio} fit, in nequitia hominum. i.e. nequam hominibus,

In *sputia*, hoc est, cum fraude & simulatione, *Ad circunventionem erroris*. id hoc vt alios fallant mittendo eos in diuersos errores sub praetextu iusticie & specie veritatis. *Veritatem autem iusticie* hoc est, opera iusta facientes. *Vel veritatē doctrina facientes*, id est, actibus virtutibus exequentes in charitate hoc est, ex charitate impulsu atque imperio non sicut, coacte aut formidolose, *Crescamus* in gratia gratificante, In illo per omnia virtutum exercitia, *Qui est caput nostrum, videlicet, Christus*. i.e. auxilio Christi, secundum eius consilia ad gloriam eius. Ex quo i.e. cuius virtute & operatione, *Totum corpus mysticum*, quod est vniuersa ecclesia, *Complicatum* hoc est, per fidem & opera fortiter iunctum. *Et connexum coagulo charitatis*, Per omnem iuncturam subministracionis i.e. per singula membra, sive supposita mysticum corpus integrantia, & sibi inuicem charitable ministrantia. *Secundum operationem* id est, realem & actualem subuentionem seu servitutem

In mensuram uniuscuiusque membra id est, iuxta facultatem, proportionem, seu modum culibet persona ecclesiastica convenientem, videlicet secundum quod gratia dei in ea maior aut minor est. Hoc itaque corpus ita compactum, *Augmentum corporis* facit hoc est, scipium auget ac perficit numero & merito Christi virtutem, *In edificationem sui* hoc est, ad hoc ut plures converuantur ad fidem, corrigantur in moribus vel perficiantur virtutibus, *In charitate* in qua tota spiritualis fundatur & consumatur constru^co. Sic ergo in corpus ecclesiastici iunctum est, ut singula membra eius sibi inuicem per dilectionem coharent atque in iunctu. Deinde instruuntur Ephesij in moribus, primoque admontentur declinare a malo. *Hoc igitur id est* quoniam tanta vobis collata est gratia, *Dico et testificor in domino* i.e. deo testante, vel sub testimonio domini in beo, deu testem adhibendo, *Viam tempore gratiae*, Non ambuletis sicut gentes ambulant i.e. non viuat sicut gentiles, *In uanitate sensus sui* hoc est, diuersis erroribus humana vanitate conceptis. *Tenebris* i.e. perfidia, yariisq; falsitatisbus. *Obscuratum habentes*

1.Pet.2.

1.Cor.11.

1.Cor.3.

Roma.1.

Prou.3.

habentes intellectum alienati à via dei id est, à fide & lege diuina, Per ignorantiam que est in illis quæ est priuatis veritatis, idcirco alienat & separat intellectum à via dei, quæ pulchra est atque pacifica, Propter cœcitudinem & ducriam *Cordis ipsorum* per quam predicationi veritatis claudunt oculos mentis. In maleuolum enim anima non introbit sapientia. Qui desperantes hoc est, futura vita ex diuine remunerationis fiduciam non habentes, Semetipso tradierunt im pudicitie id est, turpitudini, luxurie, procedentes ex concupiscentia, in operationem immundicie omnis i.e. in opera torius fecidatis, nullum genus carnalium voluptatum omittentes,

In auariciam i.e. ex peccato luxuriae etiam in auaricia lapsi desideranter temporalia, fini quorum visu, libidinis vacare non possunt. De talibus scriptum est per Sapientem, Dixerunt impii apud se. Non est qui agnitus sit, reuerteris ab inferis, quia ex nihilo nati sumus, & post hac erimus tanquam non fuerimus. Venite ergo & fruamur bonis quæ sunt, & vitam creatura tanquam in iuuentute celeriter. Nullum pratum sit, quod non pertranscat luxuria nostra. *Vos autem non ita* faciliter vt impudice viuatis, & vitis gentilitatis vacetis, Didicistis Christum hoc est, Christi doctrinam, quæ docet oppositum, Si tamen illum i.e. Christi documenta, *Audiatis auribus mentis*, id est, intellexistis, Et in Christo hoc est, secundum eius vitam, mores & theoriam, *Educi est à spiritu sancto* per Christi ministros, *Sicut est ueritas in te*, id est, si sit informati estis vt dici positis edicto in Christo, hoc est, si vere sapientes estis, vitam & mores conformando scientia exemplo Christi, qui cepit facere & docere, *Vnde subiungit quid sit in Christo edictum esse*, Deponere uos secundum pristinam conuersationem id est, per abnegationem praecedentium vitiorum. *Veterem hominem* hoc est, vospiros relinquere, quantum ad id quo primo parenti pruaricatori similes estis per inobedientiam eius imitatione. Hinc enim dicit salvator, *Qui vult venire post me*, abneget semetipsum. Et Salomon loquitur, *Verte impios, & non erunt*, *Qui vetus homo*, *Corrumperit* id est, spiritualiter annihiliatur omne esse gratia gratificantis perdendo, *Secundum desideria erroris* hoc est, contentiendo desideriis prauis, vel ea mancipando effectui. *Quæ dicuntur desideria erroris*, quia ex errore seu defectu cognitionis aliquo modo procedunt.

A

Sapien. 1.

Hebr. 18.

Hebr. 13.

B

Sapien. 2.

C

Atto. 1.

Lucæ. 9.

Prou. 12.

Cap.4. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D cedunt.(Omnis enim peccans, est ignorans secundum philosophum)& ad errorem peccati actualis deducunt. Per veterem autem hominem designatur quilibet nostrum, per comparationem ad pristina vita, quibus anima vetusta efficitur. Deinde Apostolus exhortator Ephesios ad operationem boni,

*Renouamini autem spiritu id est, affectu, Menti id est, anima vestra. Vel spiritu mentis vestra, id est, spiritu qui est mens vestra. Quid autem sit taliter renouari, additur. Et inde nouum hominem similitudinem Christi vel cuiuscumque hominis spiritualis in Christo renati ac renouati assumite, ei⁹ sequendo vestigia, sicut superius dictum est. Indumenti domini Iesu, hoc est, esse virtutem & gratiam adipisci curate ut quotidie in charitate & gratia proficiens, indefinenter recentes & vigorosim indies magis recentiores fatis. Qui non unus homo, Secundum deum, id est deo seu operatione diuina, vel secundum benefacitum dei, *Creatus*, id est, formatus seu reformatus, *Est in iustitia & sanctitate veritatis*, id est, putatae vera non simulata. Has enim virtutes Christus, secundum quod homo accepit: quando in utero virginis creata est anima eius, & corpori suo vinita. Alio vero in baptismo, & pacem, eas recipiunt. Propter quod deponentes mendacium. Quod veritatem & per consequens deos, qui veritas est, adulterant. Deponentes (inquam) omnium mendacium, officiosum, iocosum, & maxime perniciosum: de quo in libro Sapientie habetur, Os quod mitterit, occidit animam. Et in Psalmo, Perdes omnes qui loquuntur mendacium, Loquimini veritatem, id est, verum sermonem, Vnde quisque cum proximo suo, hoc est, qualibet homine, qui secundum naturam tibi frater & proximus est. Nam & pater natus omnium nostrum, & deus natus creavit nos, Quoniam sumus initium membra id est, per modum membrorum vnitatis, ad idem corpus ecclesiae pertinentes, atque ad mutuam subventionem obligati. Hinc per prophetam dicitur, Veritatem tantum & pacem diligite, Irascimini & nolite peccare. Hoc ex Psalmo quodam acceptum est. Potestque fatis multipliciter explanari, prout ira diuersis modis accipitur. Si enim sumatur pro motu primum primo, id est, pure naturali, sic non est peccatum, & ita permisive dicitur, Irascimini. Additur ramus, Et nolite peccare, quoniam ira talis facillimè redditur vitijs. Secundo accipitur ira pro motu subito ex humana infirmitate &*

Roma. 13. E Roma. 13. *Ioann. 14.* Sapien. 1. Psal. 5. Malac. 2. Rom. 12. Zacha. 8. Psal. 4.

IN EPIST. PAVLI AD GALAT. 230

tate & pena peccati prodeunte, qui est veniale peccatum. Procedit enim ex aliqua apprehensione, nec rationis iudicium prestatolatur. Et ita quod dicitur, Irascimini, non est exhortatio irascendi, sed consilium atque remedium iram vincendi. Non sequitur, & nolite peccare. Tantum dicat, Si motio talis orta in vobis fuerit, non ei conscientia ratio, sed reprimat eam. Tertio, sumitur ira pro motu quodam rationem sequente, quo contra propria vel aliena peccata mouemur, appetendo vindictam secundum rationis dictamen. Et hec est ira per zelum quae est laudabilis, faciem adiu rationis efficacius fieri, quam virtutis si frequenter sponte assumunt. De qua dicit Gregorius, Tunc robustius ratio contra peccata erigitur, dum ira iubita rationi famulatur. De hac itaque ira admonendo iam dicitur, Irascimini, & contra vestra & aliorum peccata. Veruntamen quoniam ira hinc magno moderamine eget, ne excessu accendatur vel maiorem expetat vltionem quam culpa meretur, ideo subditur. Et nolite peccare, hoc est, ne permittatis ira commotionem sic crescere ut ratio conturbetur, vel iusticia omittatur. Propter quod ait Gregorius, Caendum summopere est, ne ira, que ut instrumentum virtutis assumitur, rationi dominetur, ne vs domina praecat, sed velut ancilla ad obsequium parata, rationis tergo nunquam recedat. Si ergo vindicta queratur propter correctionem culpe & observationem iusticie, erit ira per zelum, alias effecta per vitium. Denique ira dupliciter metas rationis excedit. Primo nimis ferue scđo, quādo videlicet, ipsa cōmōtio in se excessiva consistit, rationis actū impedīdo. Secundo, maiorē vindictā q̄ oportet expetēdo, quod est gravius primo, est enim cōtra charitatē atq; iusticiā. Vnde ex suo genere est mortale. Sol iste visibilis non occidat, ad occidū tenendo. Super iracundiam vestram hoc est, ira vestra durante. Tantum dicit, Si motus irae exurgat, non maneat. Vel sol iusticie. I. Christus aut certe sol intelligentiae, hoc est, iudicium rationis non occidat super iracundiam vestram, id est, à vobis non elongetur, nec separaretur propter iracundiam vestre excessum.

Nolite locum, hoc est, ingressum ad possidendum animam vestram, dare diabolo admittendo suggestiones eius nepharias, vel redeudo ad pristinas iniurias. Vnde scriptum est, Re sistite diabolo, & fugiet a vobis. Alter vobis cōtinget quod Christus in Euāgeliō loquitur. Cū immādus spiritus exierit ab homine

1. Reg. 19.
Grego.

B

Ibidem.

C

Iacob. 4.

Matth. 12.

Cap. 4. D. DIONYSIVS CARTHVSIAN.

D homine, perambulat aencia loca, quegens requiem, & non inuenit. Tunc dicit, Reuerteris in domum meam unde exiui. Et cum venerit, reperit eam vacantem, & copias purgatam atque ornatam. Tunc abit, & adiungit sibi septem alios spiritus fecleriores se, & ingressus inhabitat illuc, & fiunt postrema homines illius peioribus, Qui furabatur ante conuersioneum seu penitentiam, iam non furetur aliena tollendo, quod ex suo genere est mortale, quoniam contrarium est iustitia. Interdum tamen est veniale, propter paruitatem nocturni, vel actus imperfectionem, Magis autem laboret operando in manibus suis quod bonum est id est, licita opera exteriora atque mechanica pro pretio faciat, Ut habeat aliquod tempore bonum, unde tribuat necessitatem patienti hoc est, egenis elemosynam conferat de labore manuum suarum.

Af. 20. Hinc in Actibus id est ait Apostolus, Omnia ostendi vobis, quia sic laborates oportet suscipere infirmos, & meminisse verbi domini Iesu, quia beat! est magis dare quam accipere. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat quanvis animo fuerit praeconceptus, sed reprimator, praeferimus cum de omni verbo otio redendum sit ratio in die iudicij. Corrumptum namque mores bonos colloquia prava. Propter quod in Ecclesiastico scribitur, Beatus vir qui non est lapsus in verbo ex ore suo. Sed qui bonus est ad edificationem fidei hoc est, sermo vestris ad edificandum fidem in alio proferatur a vobis, non qualitercumque, sed cum debitis circumstantiis, scilicet Ut de gratiam audiuntibus id est, proficiat corum salutis siueque per occasionem praeferet seu augeat gratiam dei in eis.

F per modum quoque constitutatis se habet, dum a nostris cordibus per peccata fugatur: iuxta illud Sapientie, Spiritus sanctus disciplina effugiet secundum, & auferet se a cogitationibus quae sunt sine intellectu. Penes hunc sensum & in Esaias scribitur, Afflixerunt spiritum sanctum eius. Translatio septuaginta interpretum

IN EPIST. PAVLI AD EPHESIOS. 231

interpretum habet, Afflixerunt spiritum sanctum eius, in quo A signati id est, cuius virtute & gratia a reprobis separati, distinctique estis in die redemptionis id est, conuersationis, vel baptismatis vestri. In die redemptionis, id est, dominica passionis, quia tunc facta est signatio ista quantum ad meritum eius ex parte Christi, qui tunc omnibus sufficienter, eleatis vero efficaciter promeruit gratiam verae salutis. Omnis amaritudo cordis, sermonis & operis, Et ira per vitium,

et indignatio procedens ex ira atque superbia, Et clamor id est, sermo impetuosus, vel irrationabilis elevatio vocis,

Et blasphemia contra deum & sanctos Tollatur a vobis vel per anticipationem, vel per correctionem, gratia dei vestris studiis ac precibus a xiustitate. Non est enim voluntis neque currentis fedis miseriens, Cum omni malitia id est,

cum ceteris vitiis, ut habeatis cor mundum. Nam si quis totam legem impleverit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Neque (vt ait Ambrosius) in feruo dei omnia debent bona videri, ne puritas eius ex aliqua parte maledicetur. Haec ergo vitanda sunt vitia. Vnde de amaritudinis evitacione scriptum est. Non sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem. Et alibi iterum, Non est sensus vbi abundans amaritudo. De ira vero scriptum est apud Ecclesiastem, ne sis velox ad irascendum, quoniam ira in finu stulti requiescit. Cui confonat illud Job, Virum stultum interficit iracundia. Et alibi legitur, Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor. Spiritum autem ad irascendum facilem, quis poterit sustinere? De indignatione quoque Salvator ait, Qui ad indignationem facilis est, erit ad peccata procliviior. Estote autem in iuicem benigni mutuo subueniendo Misericordes cordialiter compatiendo. Beati enim misericordes, quoniam ipsis misericordiam consequentur. Et in Proverbio, scribitur, Per misericordiam & fidem purgantur peccata, Donantes in iuicem, id est, mutuas offensiones penitus remittentes. Sicut & deus pater vel trinitas in Christo id est, merito Christi Donauit nobis id est, pie indulxit. Propterea ipse ait Salvator, Si non dimiseritis, nec pater vester qui in celis est dimittet vobis peccata vestra.

B Ambrusius

Deute. 29

Eccles. 2.1

Ecli. 7.

Iob. 5.

Proverb. 27

C

Proverb. 29

Math. 5.

Prov. 15.

Math. 8.

Cap. V. / Estote ergo imitatores dei.

ARTICVL. V.

Prosequitur

Cap.5. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D

ROSE QVITVR demum Apostolus in praecedenti cap. ceptam instructionem moralem: & ait
 Estote ergo id est, quoniam deus in Christo no
 bis visus, idcirco efforte *Imitatores dei* id est,
 diuina pietati conformate vosipos, offensoribus
 vestris parcendo, beneficiando, omnesq; diligendo, *Sicut filii*
 mei spirituales, vel filii dei adoptui, *Charissimi* id est, val-
 de dilecti, pro quibus pater vniigenitus sum misit & dedit,
 filius mortem sustinuit, spiritus sanctus le ipsum copiosissime
 infudit. Hoc est quod in Evangelio docet, praeceptumque Sal-
 uator, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt
 vos, ut sitis filii patris vestri qui in celis est, qui solem suu ori-
 ri facit super bonos & malos. Assimilari autem creatori, est
 summa perfectio creature, si tamen assimilatio fuerit ordi-
 nata, non viupata. Et ambulate in dilectione dei ac proximi,
 charitatis viuendo: iuxta illud, *Hoc est praeceptum meum,*
 ut datus inicuim, sicut & dilexi vos, Vnde iam subditur,
Sicut & Christus dilexit nos id est, raliter vtputa pure ac spi-
 ritualiter, quanvis non equaliter *Et tradidit semetipsum pro*
nobis oblationem pacificam, Et hofia pro peccato in atra
 crucis, Deo patri vel trinitati, id est, ad gloriam eius, & te
 ci pro nobis satifasceret *In odore suavitatis* id est, in fua-
 uem odorem, videlicet in holocaustum acceptissimum atque
 gratissimum deo. Maxime enim placuit deo oblatione Christi
 ex parte patientis, non ex parte inferentis. Nam ex parte patientis
 mors illa erat piissima, & ex summa charitate assumpta: sed
 F ex parte inferentis, crudelissima erat, sacrilegia & displicientis
 sima deo. *Fornicatio autem simplex,* Et omnis immunditia,
 id est, alia qualibet luxuria species, *Aut auaritia* id est, in-
 ordinatissima temporalium appetitus, *Nec nominetur* id est, no
 solum non sit, sed nec exprimatur *In uobis* id est, à vobis,
 Seu inter uos sicut decet sanctos esse sine talium nominatio-
 ne. Aut turpitudine id est, indecentia in oculis & amplexi-
 bus, Aut stultiloquium sicut est adulatio, *Aut scurrilitas* id
 est, iocularitas risum concitans, *Quae ad rem non pertinet* id
 est, saluti non proficit. Horum nullum nominetur aut sit in vo-
 bis, Sed magis gratiarum actio à vobis domino perfoluatur.
 Per hoc docet Apostolus, quam longe debent esse magna
 peccata ab his qui student perfectioni. *Hoc enim scitote intelli-*
gentes

EPIST.

Matth.5.

Luce.6.

Ioan.15

Hebreia.13

IN EPIST. PAVLI AD EPHESIOS. 232

gentes .i.sacram scripturā sapienter pensantes, *Quod omnis A. litoant;*
formicator .i.cum soluta concubens, *Aut immundus* .i.alius
 aliquod luxuria genus exercens, ut est stuprū, incæstus, adul-
 terium, *Aut auarus*, quod est idolorū servitus .i.cuius iniquitas
 idololatriæ cōparatur, eo quod sicut idololatra idola colit ma-
 gis q̄ deum verum: ita auarus potius adhaeret argento & auro
 quam deo, magisq; confidit in ea quam in domino. Propter
 quod in Ecclesiastico legitur, *Auaro nihil est scelesti, & ni-*
hil iniquus q̄ amare pecuniam, *Non habet hereditatem* .i.be-
 tam possessionē seu paratā felicitatem *In regno dei & Christi*
 quod est vnu regnum, quia nec modo pertinet ad filios ecclē-
 sie militantis per gratiam gratificantem, nec postmodum pertine-
 bit ad ciues ecclēsie triphantem per gloriā. Non enim intrabit
 in illa aliquid conquinatum, nisi qui scripti fuerint in libro vi-
 te & agni. Et Elias ait, *Tollatur impius, ne videat gloriā dei.* *Esaie.2.6.*

Nemo uos feducat in uerbis .i.coloratis sermonibus, ap-
 parentibus argumentis, fruolis promissionibus, prouidentiā
 dei negando, vel impunitatē ex diuina misericordia promittendo,
 seu longam vitā pondendo. Propter hec enim .i.pro-
 pter horū inianum verborum prolationem seductionem seu
 crudelitatem. *Venit ira .i.vltio Dei in filios diffidentes* id est, *Sapien.4.*
 in homines desperantes de vita futura seu præmitione diuina. Nolite ergo effici participes eorum sic diffidentes, id est, nec
 effici, nec opere, nec auxilio conformemini eis. Digni quip *Roma.1.*
 po morte, nec solum qui faciunt, sed etiā qui consentiunt.
 Nam & qui tetigerit picem, inquinatur ab ea. *Eratis enim ali.* *Eccles.5.*
 quando dum mundo & concupiscentiis inhaftis. *Tenebrae C*
 id est, tanta uitiorum caligine, cordis cacciate, & ignorantiae
 tenebris inuoluti: vt non solum tenebroſi, sed etiam tenebrae
 fuisse dicamini, *Nunc autem* quando ad deum conuerſi *Philip.2.*
 estis, facti estis *Lux* id est, spiritualiter illuminati *In do-*
mino id est, in veritate & gratia dei. Idcirco *Vt filii lucis am-*
bulate id est, pure, honeste, ac religioſe conuerſemini, sicut
 ad filios lucis pertinet. id ad filios dei, qui est lux aeterna &
 in creatuā iuxta illud Ioan. Erat lux vera, *Vel per lucē inteligit* *Ioan.11.*
 splendor seu claritas gratiae, cuius filii sunt oēs qui gratia ha-
 bent, ynde ait Saluator, *Dū lucē habetis, credite in lucē, vt filii* *Ioan.12.*
 lucis sitis. Merito autē sic debetis ambulare. *Præfus enim lucis*
 id est, operatio gratiae, vel opus placitum luci aeternae *Est*
 viuere

Cap. 5. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

D viuere In omni bonitate id est, interna virtute ac pietate, quo ad seipsum, Et iustitia id est, in iusta actione, quantum ad proximum, Et veritate quantum ad deum eti veraciter ministrando, Probatentes id est, prudenter inuestigantes, vel rationabiliter disserentes, quid sit beneficium deo ut ilud semper agatis, & que dispiacent deo, viciis. Vnde apud FINIS. Hieremiam dominus protestatur, Si separaueris pretiosum à Galat. 6. vili, quasi os meum eris. Et nolite communicare contentio- Hicre. 15. do vel cooperando Operibus infructuosis id est, yacuis à fru- tu spirituali Tenebrosa id est, malorum habituum seu hominum mentibus obscuratorum, Magis autem redarguite id est, iterum atq; iterum corripite, si sit spes de emendatione, & maxime si ad vestram pertinente curam qui peccant. Omnes nam ad correctionem fraternalm iure charitatis aliquo modo tenentur. His ergo duobus modis secundum Augusti- num, non te maculat malus, si non consentis, & si redarguis. Quoniam enim parum est non consentire, jungit Apostolus quod maius est, magis autem redarguite. Propter quod ait Matth. 18 Saluator, Si peccaueris in te frater tuus, id est, te sciente, vade & corrige eum inter te & ipsum solum &c. Deinceps ostendit, quare non debemus communicare operibus impiorum. Que enim in oculo id est, in locis absconditis Fiunt ab eis prae- dictis excruciat hominibus, humana potius quam diuinū conspectum timentibus Turpe est dicere: quanto magis fa- cere? Omnia autem que arguantur id est, opera que repre- henduntur Alamine manifestantur id est, per veram loqu- tionem, splendidamque doctrinam increpantis, innotescunt esse digna reprobatione, nec ultra valent latere, quemadmo- dum ad Timotheum ipse ait. Insipitiae illorum omnibus ma- nifesta erit. Omne enim quod manifestatur hoc modo per in- crepationem vel humilem peccantis confessionem, Lumen est id est, clarum, certum ac notum. Vel, lumen est, id est, spi- rituali luce perfunditur, dum in publicum ducitur. His con- sonat verbum Christi, Omnis qui male agit, odie lucem & non venit ad lucem, vt non arguatur opera eius: Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestetur opera eius, quia in deo sunt facta. Propter quod videlicet quoniam lu- men est quod manifestatur Dicit spiritus sanctus per me. Surge à vitiis per penitentiam Qui dormis id est, in ignauia

IN EPIST. PAVLI AD EPHESIOS. 235

ignauia tua quiescis, Et exurge per opera penitentia A A mortuus id est, de societate impenitentium spiritualiter mor- tuorum. Et illuminabit te id est, radium sapientie & lumen discretionis tribuet tibi Christus iuxta illud Esaiæ, Requiem dabit tibi dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, si glorificaueris dominum, dum non facis vias tuas. Vnde Michæas ait, Cum federo in tenebris, dominus lux mea est, & deducet me dominus in lucē, & oculo insitiani cius, Vi- date itaque fratres id est, oculo intellectuali penfate, Quomo- do caute ambuletis id est, vigilanter & custodite vias, occa- siones peccati vitaq; atq; in arcta via, que ducit ad vitā, cū omni circułatione progrederor ut impletis quod a sapientie dicitur, Omnis custodia custodi cor tuum. Et quod rursus id est, ait, In timore domini effeta tota die, & habebis spem in nouisimo, Non quasi insipientes id est, sola temporalia atq; pra- sentia bona seu mala considerantes. Sed ut sapientes in co- gnitione diuinorum id est, discreti ac prouidi, celestibus bo- nis semper intenti, Redimentes id est, ab infructuosis occu- patiōibus expedientes, Tempus vita praesens id est, cer- tas horas ad vacandum deo aptantes. Vel, redimentes tempus, id est, tempora, qua in fructuose expenditis reparantes per infructuissimam occupationem temporis praesens atq; re- stantis, quatenus priores negligenter & impietas recompensati per ardentissimam conuersationem temporis nondū elapsi quo estis vici, ne inter impios numeremini, de quib; canit Psalmographus, Viri sanguinum & dolos non dimidia- bunt dies suos, Quoniam dies mali sunt id est, aduerteritis periculis atque malitiis pleni. Non quid dies in se mali sint, sed quia hac mala insunt hominibus in diebus seculi huius viventibus. Scriptura enim tempori ea ascribit que fiunt in tempore, quemadmodum primo Machabaeorum inducitur, Videntes Ionathas quia tempus cum iuvat. Hinc enim Salua- tor, Sufficit (inquit) dies malitia sua. Et in Genesi Jacob al- seruit, Dies peregrinationis mea mali & parui. Propterea no- lite fieri imprudentes sola sensibilitate & temporalia ponderan- do, Sed intelligentes que sit voluntas dei . . . hoc diligenter sine inquiratis, quid placet deo, vt illud semper agatis. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, causafalter, quia calorem auget, atque libidinem concitat. Venter enim vino astuans, G cito

Esaiæ. 58.

Mich. 8.
EPIST.

Matth. 7.

Prouer. 4.
B Prou. 23
1. Cor. 10.

Psal. 54.
C

1. Mach. 12
Math. 6.
Gene. 47

Cap. 5. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

Hiero. Dicitur spumat in libidinem, iuxta Hiero. Vnde Sapiens dicit, *Lu Prover. 20 xuriola res vinum, & tumultu oibrietas qui hi delectatur, non erit apiens. Rursusq; scriptura, Quam sufficiens est homini eruditio vinum exiguum. Sed implemissi spiritu sancto id est, ita vivatis & corda vestra sic occupetis, ut in gratia spiritus sancti proficiatis quotidie. Deus enim vobis uicuique influit, secundum quod se disponit aut capax efficitur, Loquentes uobis metropolis id est, mutuo & exhortantes uoluptos in psalmis ad bene operandum hortantibus, et hymnis ad dei laudem pectantibus, Et cantantes & psallentes in cordibus uestris id est, silenter in anima. Vel in cordibus vestris, id est, cum cordiali intentione & ex mentali affectu, Dominus deo altissimo, qui docet hymnum, laus,*

Roma. 5. E honor, & gloria, Gratias agentes semper id est, quilibet hora conuenienter ac debita Pro omnibus beneficiis dei. Vel, pro omnibus hominibus beneficia diuina fortis, omnibus saluti congratulando in nomine nominato Domini nostri Iesu Christi, id est, in ipso Christo, videlicet ad laudem & gloriam eius. Vel certe per eum, Deo & patri id est, patri aeterno, qui est deus ratione creatiois, paterq; Christi naturalis & pater noster ad optimus. Subiecti inueniunt ex debito obedientia vel ex confessientia humilitatis & charitatis In timore dei casto ac filiali. Praetali enim per humilitatem & charitatem subdunt se inferioribus, subditi vero ex debito obedientia subiiciuntur prelati. Ceteri omnes communiter se iniuciem honoreare, preferreque habent: iuxta illud quod alibi dictum est, Honore inuenient praeuentiores. Propter quod Christus testatur, Qui maior est vestrum, sit uester minister. Et iterum legitur, Quanto maior es, humilia te in omnibus. Prterea generalibus exhortationibus positis, descendit Apostolus ad particulas personas, dicendo, **Matt. 10.** Mulieres uiris suis subditae sunt in licitis & honestis. **Ecli. 3.** Sicut dominus id est, sicut domino subditur seruus, **Gen. 3.** Quoniam uir caput id est, superior. **Col. 3.** Est mulieris id est, perfectior atque discretior ea communiter. Et dominus praeultus viu fce minaz dicens ad eam, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui, **Matth. 19.** Sicut & Christus caput id est, rex tot ac principes sibi esse censue. **Apocal. 19.** Christus existens Salvator corporis eius id est, eccllesia, que est mysticum corpus Christi. **Gen. 2.** Sed sicut eccllesia id est, fidelium sancta collectio. **Petri. 1.** Sicut & Christo fide & opere,

IN EPIST. PAVLI AD EPHESIOS. 234

A Ita & mulieres uiris suis, in omnibus bonis sine subditâ. Scien dum tamen quod subiectio mulieris sub viro non est in omnibus similis subiectio ancilla aut seru, cum ipsa sit fœcia viri, & una caro cum eo, facta non de capite aut pedibus, sed de lateri viri, quasi similis ei, & iuxta latum eius ponenda. **Viri,** diligite uxores uestras non carnali & seculo, sed ordinato ac spirituali amore, **Sicut &** Christus dilexit ecclesiā, & seipsum tradidit. In mortem Pro ea id est, pro eius salute, Ut illam sanctificaret id est, virtutibus adornaret, Mundans eam primo, id est, à vitis purgans Lauacrum aqua, id est, intinctio ne feru lotione in aqua baptismatis. Lauacrum inquam facto in uero uite id est, sub debita forma verborum, quibus hoc sacramentum ex Christi institutione perficitur. Accedit quippe verbum ad elementum & fit sacramentum, in quo, verbum est formale ac principale, elementum vero est materiale.

B Ut exhiberet id est, representaret vel facaret ipse Christus sponsus ecclésie Sibi id est, ad suū honorem, secundū quod deus est, in praesenti seculo inchoatiue, in futuro autem completiue Gloriosam ecclésiam id est, claritate scientie atque virtutum splendoribus resplendentem, Non habent maculam id est, peccati mortale apertum, Aut rugam id est, peccatum mortale occultum, sed mundam ac simplicem. Aut aliud paucifodi criminaliter habentem, Sed ut sit sancta in interioribus Et immutata in exterioribus. Ita uiri debent diligere uxores suas ut corpora sua quia sunt una caro. Si autem sumatur corpus pro parte hominis materialis, si viri magis teneant diligere uxores suas, quia corpora propria. Si vero sumatur corpus pro toto compposito, minus diligenda sunt uxores. Ideo similitudo est quantum ad aliquid, non absolute in omnibus. Porro de hac Christi gloriose & illibata ecclésia scriptum est in Apocalypsi. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem descendente de celo à deo paratam quasi spissam ornatam viro suo. Et rursus, Quia venerunt nuptiae agni, & uxori eius preparauit se. Itemque signum magnū apparuit in celo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. De qua etiam intelligendum est illud Esaiæ, Surge, illumine Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Qui suam uxor diligit, seipsum diligere, tanta est ueritas uirilium. Sunt namque duo in carne una,

Genc. 2.

C

Apocal. 21

Apocal. 19

Apocal. 12

Ezrae. 60

G ij Merito

Cap.5. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D Merito itaq; debet homo vxorem suam diligere. Nemo enim id est, nullus rationabiliter & humane se habens. Vnquam carnem suam odio habuit, quia vel dilectione naturali vel amore carnali vel charitate infusa ad eam afficitur. Nam & qui scipios occidunt, carnem suam amasse probabant, quam ideo perimunt, vt breui tormento longa ciuant praefatis vite supplicia. Sed nutrit vixit Et fouet eam vestitus. Sicut & Christus ecclesiam nutrit sacramento altaris & fouet eam vestimento salutis. Quia membra sumus nos Christiani corporis et in id est, ecclesie que est mysticum corpus Christi. Sumus itaque membra De carne eius & ossibus eius id est, eisdem nature existentes, cum Christo homine. Vel hoc ideo dicitur, quia fidelium qui à Christo instituti sunt quidam, puta infirmi, dicuntur de carne Christi que ante passionem erat infirma, quoniam indigent à fortibus suis sustentari, quemadmodū caro sustentatur ab ossibus. Alij scilicet fortes ac perfecti, dicuntur de ossibus Christi propter constantiam, & dominice passionis ac patientiae imitationem. Propter hoc id est, ad designandum dilectionem ac uitatem Christi atque ecclesie, scriptum est in Genesi, Relinquet homo id est, maritus Patrem suum & matrem suam id est, carnales parentes quantum ad cohabitationem localem. Et adhuc rebus uxori sue habitando, conuscendo & dormiendo cum ea. Et erant duo suppositi, scilicet maritus & coniunx, in carne una id est, in uno carnali commercio per feminis propagationem. Vei dicuntur duo in carne vna, quoniam nullus eorum propriæ carnis habet potestatem, & propter communionem praeципuum una caro reputantur. Unde dicit Saluator, Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro. Deinde ponit Apostolus mysticum sensum scripturae de matrimonio allegata. Sacramentum hoc id est, sacrum signum istud in coniugio pronuntiatum Magnum est id est, magna rei significatiuum. Ego autem dico id est, signum istud expono, impletumque affero In Christo & in ecclesia id est, in spirituali dispensatione inter Christum & ecclesiam facta, quando videlicet verbum caro factum est, & nostram naturam assumens, ostendit quantum dilexit nos, cum quibus idem fieri voluit. Matrimonium ergo seu coniugium, magnum est sacramentum, propter significantiam coniunctionis

1.Tim.6.

Matth.26

Marchi.14.

Gene.2.

Math.19.

1.Cor.7.

Matth.19.

Ioan.1.

IN EPIST. PAVLI AD EPHESIOS. 235

coniunctionis Christi & ecclesie, in qua etiam Christus quo- A
dammodo patrem reliquie videtur, non simpliciter, cum ibidem.
eternaliter sit in sinu, immo in corde patris, sed secundum ap-
parentiam quandam ratione incarnationis. Sic enim de nouo
apparuit mundo ad coniungendum sibi ecclesiā tanq; (ponsam).
Propter quod ait, Exiū à patre, & veni in mundum. Et Pslal- Jean.10.
mista, Ipse (inquit) tanguam Iponsus procedens de thalamo psalm.18.
fuo. A summo celo egressio eius. Matrem quoque suam, id
est, synagogam Christus reliquit, & adhuc est vxori sue, id est,
gentilitati conuerse, quam ipse spiritualiter visitat & fecundat.
Veruntamen id est, quoniam prædicta de coniugio my-
stice intelligantur de Christo, nihilominus. Et uos singuli
hoc est, vnuquisque vestram coniugem habens. Suum uxor
rem sicut scriptum diligit. Vxor autem timeat virum id est, in re- B
uerentia habeat eū, & casto timore formidet, ne cum offendat.

Cap. VI. Filii obedite parentibus uestris.

ARTICVL. VI.

POST informationem conuersationis habende in- Col.3.
ter virum & coniugem, ponitur informatio cōuer-
sationis debitae inter parentes & filios. Filii obedi-
tate parentibus uestris carnalibus in domino id
est secundū voluntatem diuinam, videlicet in li-
cet & honestis, atq; ex animo, scilicet prompte reverenter &
amoroſe. Hoc enim suffit est iure naturali, diuino & huma-
no, immo magistris, diuis & parentibus, non potest reddi aquiuia
lens, iuxta phisicopham. Honora patrem tuū & matrem tuam. C
Vnde apud Malachiam habetur, Filiu honorat patrem suū, Malach.
& seruus timet diūm suū. Honorare ergo debemus parentes, reue-
rentiam impendendo: & necessaria si indigeant, ministrando,
sunt enim principiū nostrū. Propter quod in Ecclesiasti-
co legitur, Quam malæ famæ est, qui relinquit patrem & ma- Ecclesi.30.
ledictus à deo, qui exasperat matrem. Quid est mandatum di-
uinum in Exodo scriptum, Primum in promissione id est, pri- Exod.20.
mum cui mercedis additur promissio. Decalogus autem pre-
ceptorum ad duo precepta pertinet charitatis. Tria enim
in prima tabula scripta, respiciunt preceptum charitatis
dei. Alia septem in secundâ tabula scripta, concernunt pre-
ceptum charitatis proximi. Inter qua preceptum de honora-
tione parentū præcedit, cui anaectitur merces qui subditur,

G iiiij Vt

D. Ut bene sitibi in spiritualibus ac temporalibus. *Vt si* 13
genus super terrā id est, eternaliter habites in terra viuentū.
 Ad literam tamen hoc dictum videtur de prolongatione vite
 praesentis in terra peregrinatiois istius, sicut in terra promissionis,
 quantum ad populum Israhel pro tempore illo. Hoc enim me-
 retur praepterium spirituale obseruatio huius mandati se-
 cundum communem iustitiae legem, quanvis interdū ex diuina
 dispensatione moderamine, aliter accidat. Et patres car-
 nales, Nolite ad iracundiam provocare filios nefros aut filias
 nimis rigorē & alespro procedendo cum illis. Sed educate
 illos id est foute & necessaria prouide non solum carnali-
 ter, sed in disciplina moralis. Et correptione domini id est,
 iusta correptione: quemadmodū scriptum est. Qui parcit vir-
 gae odit filium suum, qui autem diligit illum, instanter erudit.
 E. Kuriusq; Salomō, Scutulita (inquit) colligata est in corde pue-
 ri, & virga disciplina fugabit eam. Hinc etiam in Ecclesiastico
 legitur, Qui digit filium suum, affiduat illi flagella. Certū
 est autem hæc quoque ad spirituales patres ac filios perti-
 re. Pater vero ex his, quod parentes tenentur filiis in tribus,
 que sunt necessarium prouisio, instruatio & correptione.
 ¶ Deinceps introducitur exhortatio conuerterationis inter ser-
 uum & dominum. Serui obedite dominis carnalibus id est, te-
 poralibus, & sensuallatim se cantibus. Et per consequētū mul-
 to plus obediendum est dominis spiritualibus & honestis,
 Cum timore anima. Et tremore corporis, In simplicitate
 cordis uestrī id est, sine simulatione. Sicut Christi serui
 donū est: iuxta illud in Psal. Seruite domino in timore, & ex-
 ultate ei cum tremore. Seruitus enim hæc propter peccatum
 ex diuina ordinatione inflicta est in penam peccati, idcirco
 patienter ferenda est tanquam purgatorium vitiorum, exer-
 citiumque virtutum. Non ad oculum seruientes id est, solum
 in praesentia hominum. Quasi hominibus placentes id est, hu-
 manum fauorem duntaxat optantes. Sed ut serui Christi, fa-
 cientes voluntatem dei id est, diuinis mandatis obtemperan-
 tes. Ex animo id est, prompto effectu, sic sicut Cum bona vo-
 luntate videlicet conformando vestru affectioneum dispositio-
 ni diuina, Seruientes dominis carnalibus. Sicut domino
 deo altissimo. Et non sicut hominibus tantum id est, cum
 reverentia & tremore ac cordis simplicitate. Scientes quoniam
 unusquisque

unusquisque quod fecerit bonum, hoc percipiet a domino, id est, pro A
 illo premium iustum habebit a deo, qui nullum bonum de- Galat. 6.
 rit remuneratur. Sicut si Seruus, sicut liber. Seruitus enim
 conditio seu libertas non tollunt premiationem diuinæ iusti-
 tæ. Et si dominii eadem facite illis, id est, tam benigni effete
 seruis vestris, quam fideles fuerint vobis iuxta illud Ecclesiasti- Eccl. 33.
 fici, Seruus fidelis si tibi quasi anima tua, & quasi fratrem
 tracta illum. Remittentes minas, id est, penas communatas
 non inferentes, si tamen serui penitentiant, vel raro seu parum
 offendent. Vnde iterum in Ecclesiastico scribitur, Ne lædas
 seruum in veritate operantem. Porro si serui rebelles aut duri
 confitantur agendum est quod rufus in Ecclesiastico fertur,
 Cibaria & virga & onus alico, panis & disciplina & opus ser- Eccl. 33.
 uo. Itenique, Seruum inclinet operationes affida, Scientes ibidem
 vos dominum. Quia illorum seruorum Et uester dominus est in B
 celis, & personarum acceptio non est apud deum. Idcirco timete,
 quoniam eadem mensura, qua mensa fueritis, remetietur vobis. Tob. 4.
 Qualem ergo vultus vobis est? eis coelestem dominum, iudi-
 cemque aeternum, tales exhibete vosipso serui ac subditis ve- stris. ¶ Post specialia iusta & certarum exhortationem per- Eccl. 33.
 sonarum reddit Apostolus ad instructionem communem cno-
 torium fidelium. De cetero id est, insuper & tempore adhuc
 restante, Fratres confortamini in domino, id est, spirituale ro-
 bur a deo adipisci stude, & contra impugnationes mundi,
 carnis atque diaboli roboretur cor vestrum, in domino, id est,
 gratia eius, & in certa fiducia diuini auxilij, Et in potentia C
 virtutis eius, id est, in potenti potestate dei, innitendo semper
 diuinam potentiam, non propriis viribus. Vel, in potentia virtutis eius, id est, in efficacia fortitudine a deo infusa, qua anima
 roborat in aduersis. Ad hanc confortationem monet dominus
 unumquaque nostrum in lib. Iosue, Confortare & effo robustus valde. Noli metuere, quoniam tecum est dominus deus tuus. Sic autem confortantur, qui toto corde sperant in domino, iuxta illud Sapientia, Turris fortissima nomen domini, ad Pro. 18.
 ipsum currit iustus & exaltabitur. Induite uestis armaturam dei,
 id est, virtutibus interiora uestra vestite, videlicet intellectum
 prudentia, voluntatem iustitia, sensuum appetitum cateris
 virtutibus moralibus. Hæc enim sunt arma spiritualia a deo
 fabricata ac data, quibus anima cōtra omnia nocumenta mu- 2. Cor. 11.
 G iii. nitur,

Cap.6. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

Dicitur, *Vt possitis stare, id est, fortiter dimicare ac pravalesse.* Adversus insidias, id est, occultas machinationes Diabolus qui se frequenter transfigurat in angelum lucis, sub specie boni multa mala proponens. Denique (vt Leo papa testatur) omnina discutit mores, ventilat curas, scrutatur affectus, & vbi querit causas nocendi vbi quenquam viderit studiosius occupari. Quoniam non est nobis collatio principalis aut sola *Adversus carnem & sanguinem*, id est, homines carnales ac fragiles, seu vita carnis. Vnde dominus in *Genesi* ait, Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum quia caro est. Et in Euangeliio, Caro & sanguis non reuelauit tibi. Veruntamen graue bellum habemus contra carnem & sanguinem, id est, mundum & concupiscentias carnis.

E Bellum vero quod contra hostes invisibilis habemus, periculosissimum est atque grauissimum. De quibus subiungitur, *Sed aduersus principes & potestates*, id est, angelos apostatas seu demones, qui erant ante lapsum suum de ordinibus principiatum & potestatum. De omnibus enim angelorum ordinibus quidam cecidisse creduntur, qui omnes iam per principatus & potestates designantur, ita quod nomine principatum designantur demones inferiores; nomine autem potestatum superiores, quibus inferiores obediunt homines impugnando. Est enim in demonibus prelatio quadam eo quod omnes concordes sint in desiderio nocendi hominibus. *Adversus mundi restores*, id est, contra praeeditos invisibilis hostes hominum secularium directores ac principes. Homines enim iniqui demonum voluntati obediunt, & ab ipsis captiui tenentur, ac vnde circumferuntur sicut serui a domini.

2. Timo.2. Et ne quis per mundum putaret significari machinam mundalem, quasi diabolus creator & rex est mundi sensibilis, sicut Manichei dixerunt, ob id scipione exponens Apostolus, subdidit *Tenebrarum harum*, id est, hominum obtenebratorum. Vnde paulo ante inductum est, Fuitis aliquando tenebre. Hoc modo mundus frequenter accipitur in scripturis, sicut cum dicitur, Mundus eum non cognovit. Et, Mundus in maligno positus est. Et, Non estis de mundo, *Contra spiritualia inequitate*, id est, agmina demonum nequitatis plena, habitantia *In celestibus*, id est, in aere caliginoso, in quo demones complures vique ad diem iudicij volant.

A*et*

IN EPIST. PAVLI AD EPHES. 237

Aer autem sepius celum vocatur. Hinc namque dicuntur A volucres celi, qui afferunt volare in celo, id est, in aere. *Psal.8.* Vnde & demones significantur per volucres celi, vbi ait Saluator, Semen cecidit secus viam, & volucres celi comedenter illud. *Propterea*, id est, quia tam arduum praelium imminet vobis, *Accipite armatam dei*, id est, virtutes, & opera virtuosa, quibus demones repelluntur. De quibus armis Iob ait, Iustitia indutus sum, & vestimenta mea *Iob.19.* sicut vestimento, & diademate iudicio meo, *Vt possitis resistere* diabolo, qui tanquam leo rugiens circuit, querens *1.Petri.5.* quem deuoret, *In die malo*, id est, tempore tentationis & aduersitatis. *Et in omnibus prosperis & aduersis Perseverare* stare ruinam vitando peccati, ita ut nec prospera vos extollant, neque aduersi deiciant: sed regis semper via B incedatis, vtentes vtrique manu pro dextera, quatenus omnia cooperentur vobis in bonum. State ergo in virtutibus fixi, *Succincti cingulo caffitatis* *Lumbos uestris* in *Iudi.3.* quibus viget luxuria, id est, carnis concupiscentias referente, continentur viviendo, prout monet Saluator, *Sint lumbi vestri praeceps*. Hos lumbos praecinxit Iob, *Pepigit inquietus*, *Iob.31.* fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine. Sic autem accingite lumbos *In ueritate*, id est, veraciter coram deo, non simulatorum coram hominibus, sicut hypocrita; *Et induit loricas iustitiae*, id est, virtute iustitiae interiora vestra munite, sicut lorica corpus tegitur ac munitur. Vnde apud Esaiam dicitur, Indumento iustitiae circundabit me dominus, *Et calcati pedes*, id est, pedes corporales & etiam spirituales, id est, animi vestri affectiones habete munitos & expeditos, *In preparationem Euangeli pacis*, id est, ad hoc ut sitis parati annunciatore vel adimplere euangelicam doctrinam, in qua pacificatio nostra cum deo describitur, & per cuius obseruantiam veram pacem ostimur, iuxta illud in Psalm. Pax multa diligentibus legem tuam, *In omnibus spiritualibus pugnatis* seu tentamentis, *Sumentes fons* fidem, id est, ipsam fidem pro falso arripi, virtutem & acutum fidei opposentes suggestionibus demoniis, puta futura tormenta inferni, sempiterna gaudia celi, metuendum iudicium dei, que omnia cadunt sub fide. Per quorum vitique considerationem omnia tentamenta vincuntur. Ideo subditur,

Esaie.61.

C

Psal.118.

Cap.6. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

Datur, In quo scuto possitis omnia tela nequissimi ignea, id est, impugnationes ares ac feruidas pessimi tentatoris Extin-
guere, id est, reprimere. Propter quod Petrus ait, Adver-
tarius vester diabolus circumit, querens quem deuoret, cui
resistite fortes in fide. Et galeam salutis asumite, id est,
spem future felicitatis seu charitatem menti velut superpo-
nите, ut contra praeuentum bonorum blandimenta, Ipsi futu-
rorum atque diuino amore armenimini, Et gladium spiritus,
id est, à spiritu sancto datum spiritu vestro. Quod est uer-
bum dei, id est, sermo sacra scriptura, qui penetrat intima
anima, & vita refecat, atque à mundo animam dividit, sicut
materialis gladius penetrat corpus. De hoc gladio spirituali
dicit Saluator, Non veni pacem mittere, sed gladium. Et
Psalista, Accingere gladio tuo super foemur tuum poten-
tissime. Sed quia hac omnia ex diuino auxilio manant, atque
per gratiam conferuntur deuote orantibus: ideo subditur,
Per omnem orationem, id est, praeida implete deum in-
uocando per omnem, id est, perfectam orationem. Est au-
tem oratio, simplex petitio: obsecratio vero est petitio cum
aduertione seu commemoratione rei sacre, sicut cum dicimus, Per incarnationem tuam libera nos domine. De qua
nunc sequitur, Et observationem qua etiam proprie est re-
spectu difficultum. Oratus omni tempore, id est, singulis ho-
ris deputatis & debitis vel congreuis ad orandum, quemad-
modum in Ecclesiastico habent, Non impediatis semper o-
rate. Vnde & Saluator, Oportet, inquit, semper orare, & non
F deficere, In spiritu, id est, cum devotionis affectu, seu
attentione mentali. Spiritus enim est deus: & eos qui adorant,
in spiritu & veritate oportet adorare. In ipso uigilantes, id
est, solliciti atque fertientes In omni instantia, id est, cona-
minis quo actibus virtutis insitutus, Et observatione fusa
Pro omnibus sanctis viatoribus, ut perseverent, proficiant
in bonis, Et pro me, ut detur mihi sermo in aperiione ovis mei,
id est, quatenus spiritus sanctus mente illuminet, ita ut mox
dum os meum ad loquendum aperio, infundatur mihi à deo,
quid loqui expediat, sicut & deus promisit in Psalm. Dilata
ostium, & amplebo illud. Et item in Euangelio, Ego dabo
vobis os & sapientiam. Cum fiducia, id est, securi ac libe-
te Notum facere mysterium Euangelii, id est, sacrum secre-
tum

IN EPIST. PAVLI AD EPHE.

238

tum euangelicae legis, videlicet Christi incarnationem & ca-
tera eius mysteria. Ponitur enim singulare pro plurali, pro quo
Euangelio pradicando Legatione fungor, id est, à Chri-
sto destinatus sum nunc Romae existens In catena, id est,
in vinculis Ita legatione fungor & vinculis stringor, vt
fece, id eft, conuenientia monſtrauit, cōtempſi ac despici feci.
Et arbitror ea ut fieror, id eft, pronihilo reputari. Ut
Christum lucrifaciam, id eft, cum pro pramio adipiſcar. Simile
eft

Eſaiæ.11.

Tith.3.

Cap.3. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

Sapien.7. Et quod à sapiente dicitur, Diuitias nihil esse dixi in compa-
D ratione illius. Et inueniar in illo, id est, Christo incorporer,
Roma.8. eiusque membrum sim. Non habens meam iustitiam quae ex le-
ge est, id est, iustitiam que consistit in literali obseruatione
ceremonialium legis, quae tempore nouae legis non est vera
iustitia, sed iustum iustitiam. Quae ex fide est resu Christi, id
est, quantum ad actum suum ex fide procedit, & in ea funda-
tur, non in operibus legis, Quae iustitia ex deo est per crea-
tionem. Hac enim est iustitia infusa quantum ad habitum, si-
mulque cum fide insunditur, quantum secundum ordinem na-
turae tam presupponat, quoniam fides basis seu fundamen-
tum est vniuersarum virtutum. Ideo subditur, iustitia in fide,
id est, iustitia ita in fide consistit, quae fides virilis est. Ad co-
E gnoscendum istum videlicet Christum in praesenti per donum
sapientiae, in patria autem per speciem, ad cognoscendum etiam
et virtutem resurrectionis eius, id est, potestate resurrectionis
Christi, cuius resurrectionis tanta est virtus, ut sit causa exem-
plariae resurrectionis omnium electorum. Valet etiam fides,
Et ad cognoscendum Societatem passionis Iesu, id est, ut scia-
mus quomodo crucem nostram post Christum portemus, eiusque
passionibus communicemus ac ficiemus. Inueniar ergo in
Christo Configuratus mortui eius, id est, Christo compassus vel
proper illum occisus, aut proper iustitiam tribulatus. Vel
per opera penitentie quotidie mortificatus. Si quo modo id
est, ad hoc, ut aliquo modo licet difficult, Occurrat in die iu-
dicij Christi & sanctis pertinendo. Ad resurrectionem, que
F est ex mortuis, id est, ad resurrectionem beatam, qua electi fe-
licitate immutabuntur. Omnes namque resurgemus, sed non o-
mnes immutabimur. Per resurrectionem ergo ex mortuis, hoc
loco intelligitur resurrectione gloriose qua electi à reprobis di-
scernentur, & ex eorum loco qui terra est, in aera erigentur.
Rapientur namque in nubibus obulam Christi in aera: sicut
alibi dixit Apostolus, Non quod iam acceperimus, id est, non
ideo dixi tanta de mea perfectione, qua omnia proper Christum
vt stercora reputo, quasi iam plenam perfectionem ade-
ptus sim, vel futuram felicitatem nunc actualiter habeam.
Ideo subditur, Aut iam perfectus sum in tantum vt ultra pro-
ficere nequeam. Aliquo tamen modo perfectus fuit Aposto-
lus, quia post paucia adiecit. Quicunque ergo perfecti sumus
Sequor

IN EPIST. PAVLI AD PHILIP. 248

Sequitur autem, id est, ad perfectionem tendo affectibus cor- A
dis & bonis operibus potius quam gressibus corporis. Si quo
modo, id est, vt tandem aliud. Comprehendam Christum
comprehensione beatifica visionis, de qua ipse ait, Manifesta- 1oan.14.
bo ei meipsum videlicet secundum diuinam naturam. In quo
id est, eo modo cognitionis seu tali claritate notitiae. Et com-
prehensus sum, id est, perfecte cognitus a Christo Iesu. Vnde
alibi dicit Apostolus, Videamus nunc per speculum in an-
tice, tunc autem facie ad faciem. Et nunc, inquit, cognosco
ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nulla
tamē creatura pura potest deum comprehendere plene &
absolute, sed comprehensio sumitur tunc pro clara notitia aliqui-
ius secundum suam efficientiam, sive beatissimam patria compre- B
hensores vocantur. Proper quo ad Iohannes, Similes ei cri-
mus, quia videbimus cum sicuti est fratres, ego me non arbi-
tror comprehendisse arcem virtutum, perfectionisque apicem, 1.Ioan.3.
praesertim cum dicat Salvator, Cum feceritis omnia quia pre-
cepta sunt vobis dicit, Serui inutiles sumus, quod debuimus
facere, fecimus. Et iterum alibi, Omnes qui fert fructum pur 1oan.15.
gabit pater, vt fructum plus afferat. Nondum igitur compre-
hendit, sed proficit. Haec dicit de se ipso Apostolus, ne aliquis
nostrum quantumcumque laudetur, vana elatione inflatur, sed
conetur proficer exemplo tanti Apostoli, nec vnguani dicere
audeat, sufficit mihi, cum non proficer sit deficere. Nemo etiā
erubescat imperfectum suum fateni, cum audiat Apostolum
ita dicentem? Et quasi cito dicatur, quid ergo facis o Paule,
& quid nobis agendum tuo exemplo demonstras? Subiecit C
Vnum autem dico agendum, illudque facio, puta Quae qui-
dem retro sunt obliuiscens, id est, praecedentia merita mea par-
cipiendis nec pensans, sed memoria dei commendans, Ad
ea vero quae sunt priora, id est, ad opera perfectiora atque fu-
tura qua nondum attigi, fed oculis meis proposui, Extends
meipsum, id est, vires meas applicans per incessantem profe-
ctum. Vel sic, Quae retro sunt, id est, terrena sensibilia praefer-
tim carnalia, obliuiscens ac deferens. Iuxta illud, Obluiscere Psal. 44.
populam tuum, & dominum patris tui: ad ea vero quae sunt priora,
id est, ad obtinenda, amanda, & contemplanda bona cele-
stia ac diuina, extendens meipsum ardenti affectu & digno
effectu, Ad destinatum, id est, finale bonum à me intentum,
atque

Cap. 3. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

Dato; à deo mihi paratum, persequor, id est, perfecte sequor,
Psal. 55. ut ipsum acquiram, sicut & scriptum est. Inquire pacem & per-
sequere cam. De quo destinato adiicitur, Ad brauim superne
ocationis dei, id est, premium vite celestis à deo propositum
ac promissum, in Christo Iesu, in quo & per quem vocati su-
mus ad brauim istud, per cuius etiam gratiam illud acquiri-
mus. Brauium autem est quoddam premium vitoribus da-
tum. Debemus autem semper ad hoc brauim tendere, ita ut o-
mne quod agimus vel patinmur, ad alterne adoptionē beatitu-
dinis ordinem. Quicunque ergo perfecti sumus, id est, secun-
dum exigentiam & possibilitem huius fragilis vite ad chari-
tatis atque virtutum sinceritatem venenorum passionibus
reformatis & inimicis vere dilectis, prout Saluator horatur,

Matth. 5. Estote perfecti sicut & pater vester coelestis perfectus est;

E Hoc sentiamus quod ego iam dixi, videlicet quod nondum apprehendimus perfectionem completam, cùmque adipisci conetur. Et si quid aliter sapitis, id est, si sic sapientum sen-
tientendum esse non estimatis, vt dixi, nolentes vos penitus humiliare. Et hoc vobis deus reuelabit, esse erroneum, vel nūc per diuinæ illustrationis gratiam, vel in futuro per pœnarum experientiam. Vel sic. Si quid aliter sapitis, id est, si alios modos proficiendi moueritis, & hoc vobis deus reuelabit, id est, hanc noxitia deus dabit, eamq; perficiet. Veritatem ad quod per-
uerimus, id est, in gradu perfectionis, quem bene viviendo at-
tingimus, stemos & proficiamus. Ut idem sapiamus in his quæ ad salutem exiguntur, & fidem concernunt. Ut in eadem per-
maneamus regula, id est, in pari rectitudine vite, seu in eadem
EPIST. legge & gratia nos regulante. Imitatores mei estote. In supe-
rioribus Apostolus proposuit se in exemplum, nunc admonet
ad se imitandum dicendo, Imitatores mei estote, ô Fratres;
id est, conformate vos mihi in prædictis virtutibus, atque in omni opere virtuoso. Et obseruate, id est, solerter attendite, & sequi curate. Eos qui ita ambulant sicut habetis formam nos-
stram, id est, virtuous qui taliter conuerfantur, sicut ego vo-
bis verbo & opere manifestavi esse viendum. Alios autem

Matth. 7. cœtie. A fructibus enim eorum cognoscetis, an iuxta formam
vite nostræ conuerterent, & imitacione sint condigni. Multi
enim ambulant per vitorū abrupta, & vias peruersas de qui-
bus Salomon, Via, inquit, impiorum tenebrosa, nesciunt vbi

corruunt.

IN EPIST. PAVLI AD PHILIP. 249

corruunt. Qui & in die iudicij dicent illud Sapienti. Laflati fu-
mus in via iniurias & perditionis, & ambulauimus vias dis-
ficies. De quibus ait Christus, Lata & spaciosa est via qua du-
cit ad mortem, & multi vadunt per eam. Quos sepe dicebam
vobis dum eram vobiscum. Nunc & flens ex compunctione
eorum & dolore, quia tot fallunt. Dico, id est, nominio eos
inimicos crucis Christi, id est, Christi crucifixi, quoniam con-
tra eius doctrinam & iusta legalia predicant, & vitiis subiacen-
tent. Qorum finis, id est, mors erit interitus, id est, ingressus
seu via aeternæ damnationis, quam statim cum moriuntur,
incurrent. Qorum deus uenter est, id est, delectationibus gu-
lae ita insistunt, quasi in repleione ventris falsi confisteret.
Vnde ventrum suum plus colunt quam deum. Quod autem quis B
maxime colit, hoc deus eius afficerit. De quibus Indas in sua
testatur canonica, Hi sunt in epulis coniuvantes sine timore, iudas ap-
semelipsos pascentes, quibus procolla tenebrarum conferuata
est vñque in aeternum. Et gloria horum vana, qui in vñtis
is, vel in carnalibus legis existant, erit in confusione
iporum, id est, confusibilis erit eis & in honesta coram diuino
iudicio. Vnde per prophetam dominus protestatur, Gloriam
eorum in ignominiam commutabo. Qui terrena sapient, id
est, in carnalibus potius quam in spiritualibus delectantur.
Nostra autem conuersatio in celis est per contemplationem &
desiderium bonorum celestium. Nunc enim nostra conuersa-
tio in celis est per spem, iugem intentionem, & rationem ob-
iecti seu termini motus, quod est in celo, videlicet deus & x-
terna felicitas. Anima namq; (secundum Augustinum) verius
est vbi amat quam vbi animat. Denique vbi thesaurus tuus, ibi
& cor tuum. Eorum itaq; conuersatio est in celis, qui omnia
temporalia atque carnalia transcendentes coliformem & an-
gelicam vitam ducunt in terra, illi vni quod solum necessaria-
rum est, tota mente intenti. Vnde etiam salvatorem expelamus
cum magna fecuritate, videlicet Dominum nostrum Iesum Chris-
tum venturum ad uinavale iudicium. Qui enim in celis con-
uersationem iam habent, quanvis adhuc viatores sint, fecu-
re praeflantur Christi aduentum. Qui reformabit, id est,
ad pristinam formam reducit ac sufficitur in die iudicij.

Corpus humilitatis nostre, id est, corpus istud passibile, in quo
deiectionem tribulationemque patimur, quod etiam nobis

I occasio

Sapient. 5.
A

o/ee. 4.

C

Augustin.

Matth. 6.

Luce. 10.

Genz. 3.

Cap.4. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D occasio est ad humilitandum nosipos, pensantes quod puluis sumus. Sic autem reformabit illud, quod erit *Configuratio corpori claritatis sue*, id est, simile erit corpori Christi glorificato. In tali enim corpore sancti resurgent. Sic igitur faciet Christus, *Secundum operationem*, id est, virtutem operationum. Quia potest etiam subiecte sibi omnia, id est, de singulis ordinare & facere quod sibi placuerit, hoc est, secundum diuinam potestiam, per quam reformatio ista complebitur. Subest enim deo, cum voluerit, posse ut dicit Sapiens.

Sapi.12.

Cap. IIII. Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi.
ARTICVLVS IIII.

ENCEPS post exhortationes prehabitas confortatur apostolus Philippenes. Itaque id est, quoniam tantam beatitudinem expectamus, & fortius sumus. Fratres mei charissimi secundum appetitum superiorē seu intellectualem, id est, valde dilecti quo ad furoram felicitate in patria. Et desideratissimi secundum appetitum inferiore ac sensituum, ordinatum & ratione subiectū, id est, valde à me desiderati, que ad mutuum conspectum in his vita. Propono enim venire ad vos, Gaudium meum materialiter, id est, de quorum profecto & gratia gaudeo. Et corona mea, id est, augmentum glorie meæ in patria, quoniam omnium meritorum vestrorum sum particeps tanquam institutor vester ac doctor. Sic state in domino chas-

Frisimis, id est, constantes atque immobiles effete in deo, adherentes iustitiae scitu & ego, ut dicere valeatis illud Job, Iustificationem quam cecipi tenere, non deseram. Euodiam rogo & Synthicens deprecor idipsum sapere, id est, idem sensire cum aliis sanctis. In domino. Has duas deuotas matronas exprimit nominatim, quia spectabilis erant vita, & fidelibus necessaria ministraverunt. Etiam rogo te Germane compar, id est, adiutor & socius meus. Est autem Germanus nomen proprium viri, qui inter Philippenes egregius fuit. Adiuua itas, id est, prefatas foeminas conforta in bono, Que mecum laborauerunt in Euangelio, id est, in prædicatione euangelicae veritatis, non vtrique prædicando, quoniam mulierem docere non permitto, sed mihi euangelizanti necessaria ministrando,

Cum

IN EPIST. PAVLI AD PHILIP. 250

Cum Clemente, id est, etiam Clementi. Et ceteris adiutoribus A
meis collaborauerit ministrando necessaria eis sicut & mihi,

Quorum nomina scripta sunt in libro vite, id est, qui ad alteram beatitudinem præordinati sunt, ut confido, vel ex diuina reuelatione certo scio. Porro secundum Thomam in prima parte, liber vita in deo metaphorice dicitur. Quemadmodum enim homo eos conscribit qui ad se specialiter pertinent, sic dicitur deus scripsisse electos qui ad eum finaliter spectant.

Vnde ipsa electoru[m] conscriptio in mente diuinā seu firma eorum notitia in intellectu diuino liber vita vocatur. Qui aliud prorsus non est, nisi prædestinatio dei. Cum autem dicitur liber vita, intelligendum est de vita gloria. De hoc libro ait Salvator, Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in libro vita. Luce.10.

Quod vero prædicti scripti fuerint in libro vita, Paulus certo B
scire non poterit nisi per reuelationem diuinam. ¶ Præterea admetit Apostolus Philippenes ad spiritualem ac iugem lastitiam. Gaudete in domino semper, id est, in deo tanquam in obiecione, ydelicer in contemplatione & dilectione dei, beneficiorumq[ue] eius, imo in omni eo, quod domino placet spiritualiter exultate, diuina perfectioni, maiestati ac beatitudini cordialiter congaudentio, de beneficiis quoq[ue] eius nobis collatis sine promissis letando, & in omni actu virtuoso, quo deus honoratur & colitur delectando. Signum namq[ue] virtutis est delectatio operis, secundum philosopham. Semper autem gaudendum est hoc modo, atque vel habitu, sed debitis horis, vel in prosperis & aduersis, sicut alibi dicit Apostolus, Quasi tristes, semper autem gaudentes. Sed gaudium istud durante præsentis peregrinationis exilio non excludit admixtionem omnis tristitie. Hoc gaudium fuit in virgine gloriofa, que cecinit, Exultauit Luce.1.

spiritus meus in deo salutari meo. Non ergo in creaturis gaudendum est, nisi per relationem ad deum, inquantum earum virtus, amor, possesso, vel notitia manuducit ad deum. Iterū dico ad excitandum vestrae deuotionis affectū, & mea exhortatio in veritatem confirmandam, Gaudete in domino, modo prefato, seruientes ei hilariter, smō cum iubilo cordis. Modestia uestra in verbis & factis, id est, conuerlationis vestrae moderatio, discretio, ordinatusq[ue] modus, Nota sit omnibus hominibus

id est, talis ac tanta sit, ut omnibus innotescat per visum vel famam ad gloriam creatoris, & proximorum adiunctionem, EPIST.

Luce.10.

2.Cor.6.

C

Hoc gaudium fuit in virginem gloriofa, que cecinit, Exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Non ergo in creaturis gaudendum est, nisi per relationem ad deum, inquantum earum virtus, amor, possesso, vel notitia manuducit ad deum. Iterū dico ad excitandum vestrae deuotionis affectū, & mea exhortatio in veritatem confirmandam, Gaudete in domino, modo prefato, seruientes ei hilariter, smō cum iubilo cordis. Modestia uestra in verbis & factis, id est, conuerlationis vestrae moderatio, discretio, ordinatusq[ue] modus, Nota sit omnibus hominibus id est, talis ac tanta sit, ut omnibus innotescat per visum vel famam ad gloriam creatoris, & proximorum adiunctionem, Iij sicut

Cap.4. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

Matth. 5. sicut in Evangelio dominus loquutus, Sic luceat lux vestra coram hominibus &c. Dominus prope est, id est, paratus ad succurrentem, immo & per pietatem & gratiam suam in vobis habita. **Vnde & ipse testatur,** Delicia mea esse cum filiis hominum. Et rursus, Ego sto ad ostium & pulso, Si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo & cenabo cum eo. In omnibus quoque est deus per excellentiam, prexeriant atque potentiam. In ipso etiam viuimus, mouemur & sumus. Denique, prope est deus orantibus. **Psalm. 14.4.** bus & afflictis, iuxta illud, Prope est dominus omnibus inuocantibus eum. Et, Cum ipso sum in tribulatione, Intus est diligenter, sicut ait Iohannes, Qui manet in charitate, in deo manet & deus in eo qui longe est ab impiis, prout ait Proverb. legitur. Propter quod per Hieremiam dicitur, Non est anima mea ad populum istum. Nihil solliciti sit, id est, cum dominus prope sit, de nulla re angustari, seu inordinatam curam habere debet: sed primo querire regnum dei, & omnia necessaria adiungent vobis. **Vnde & Petrus, Omnes,** inquit, sollicitudinem vestram, proximenter in deum, quoniam ipsi cura est de vobis. **Ei Christus,** Nolite solliciti esse in craftum. Omnia hęc de inordinata atque superflua cura, qua ad diffidentiam quodammodo pertinet, alterūtur. De qua Salomon dicit, Spes sollicitorum peribit. Veruntamen (sicut frequenter prehabituimus) est quedam sollicitudo spiritualis ac ordinata, qua est diligens animi vigilans circa bona honesta aut necessaria, quā sepe commendat, præcipitque scriptura, ut est illud, Custodi te metipsum & animam tuam sollicite. Item, Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. **Sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones uestra innotescat apud deum.** His ponitur quatuor partes orationis vel species, quarum distinctio est, Oratio enim est simplex precatio, qua est de facilioribus impetrandi. Obsecratio est inuocatio dei cum cōmemoratione facrorum seu diuinorum, quorum virtute aut merito aliiquid impetrare optamus; sicut cū dicimus, Per passionem tuam, vel propter bonitatem tuam exaudi nos. Estque obsecratio pro difficultioribus obtinendis, ut est iustificatio impii. Petitione vero est inuocatio dei pro bonis gratia, quae ordinantur ad bona gloria. Alibi quoque ponit Apostolus aliud genus orationis, quod dicitur postulatio, quae est pro bonis patris. Sapius tamen unum istorum pro alio sumitur. Hortatur

IN EPIST. PAVLI AD PHILIP. 251

ergo Apostolus ut petitiones nostrae factae in omni, id est, A quacunque oratione & obsecratione & gratiarum actione extanta puritate, attentione, & feruore mentis procedant, quatenus apud deum innotescant, id est, à deo attendantur & per acceptationem noſcantur, atque ab angelis sanctis ei praſententur, quemadmodum in Actis angelus ait Cornelio, **Orationes tue & elemosyna ascendentes in memoriam in conſpectu dei.** Et in Paralipomenon libro scriptum est, quod Elaias & Ezechias vociferati sunt visque in celum contra Sennacherib, peruenienti oratio eorum ad habitaculum sanctorum dei. **Et pax dei** increata, immensa, eterna, id est, deus pacificus, Quae pax Exuperat omnem fenitum, id est, omnem intellectum, creatum, angelicum & humanum, omnemque gustum & experientiam eius in infinitum excedit, **Custodiat effectus,** Corda uestra, id est, voluntates ab omni prava affectione. **Et intelligentias uestras,** id est, intellectum speculativum & practicum, omnium vestrum ab omni errore, **In Christo Iesu FINIS.**

id est, per gratiam & meritum Christi. **Vel, in Christo Iesu,** id est, ut ingredi maneat in ipso. **Vel sic, Pax dei, creata, videlicet tranquillitas mentis à deo infusa quae exuperat omnem sensum quo ad suā fontem plenitudine seu plena perfectio-**

B nem. **Vel, exuperat omnem fenitum viatorum secundum quod in patria habetur ac degustatur custodiat formaliter, corda vestra & intelligentias à perturbatione & inquietudine, quatenus pax ista in vobis permaneat, & virtus sibi oppotuit ab interioribus vestris excludat.** **De cetero fratres quecumque sunt uera veritate doctrina, vita aut iustitia,** **Quaecunque pudica,** id est, C verba & facta casta, laicuim excludentia, **Quaecunque sunt iusta** quo ad proximum, **Quaecunque sancta** quantum ad cultum diuinum. **Quaecunque amabiles,** id est, quae inducent ad mutuam amicitiam, **Quaecunque bone famae,** id est, quae bonam famam parvunt & conferuant, **Si qua virtus,** id est, quia est aliqua virtus moralis intellectualis & theologicalis vobis necessaria, **Si qua laus disciplinae,** id est, quia est aliqua disciplina meritorum, laudabilis scilicet compositione motuum ac sensuum exteriorum, **Hæc cogitate affidue non solum ut scias,** sed ut ea agendo seu obtinendo virtuosum salutem sitis, **Quæ & didicisti ex mea prædicatione,** **Et accepisti per cognitionem intellectuam,** **Et audisti,** id est, ab aliis praepcepisti

D cepitis ea esse, In me, & uidisisti per experientiam hoc verum esse. Hec opera virtutis, Agite, & deus dator, amator & confutator, Pax interne, Erit uobiscum quotidie per gratiam ampliorem. ¶ Insuper congratulatur Apostolus liberatus Iusti Philippensum, non principaliter ob proprium emolumenatum, sed propter illorum charitatem ac meritum. *Gauis* sum autem in domino uehementer, quoniam tandem aliquando id est, post tempora longa, Resorueritis, id est, more arboris iterum floriflui seu fructuose viguius & conualuitis, Pro me sentire & mea inopere compati atque succurrere, Sicut & ante Sentiebas pro me. Occupati autem eratis negotiis alii, idcirco excusabiles esis de tata dilatatione refolucionis istius.

Non quasi propter penuriam dico id est, non ex necessitudine paupertatis ince huc affero, ut sustentetur a vobis. Ego enim didici per gratiam dei & cōfuetudinem exercitij mei in quibus sum sufficiens esse, id est, quid mihi sufficiat. Natura quippe paucis, minimisque contenta est. Scio & humiliari. Id est, auctum humilitatis, tribulationis, seu paupertatis prompte & discrete execui, Scio & abundare, id est, in abundantia temporalium non excedere. Vbiq[ue] & in omnibus exercitiis virtutum Institutus, id est, bene instruatus. Sum sciens videlicet Et satiari sine immoderantia, Et sutorie sine impatiente, Et abundare non tam eu cor rebus caducis apponete, Et penuriam pati in vietu ac vestibus sine tristitia.

Roma.12. Omnia haec possum non propriis viribus, sed In eo quime confortat, id est, per adiutorium Christi. Veruntamen bene fecisis, id est, quanvis donis vestris possem carere, ramen bene & charitatib[us] egitis. Communicantes, id est, eleemosynam vestram impartientes, tribulationi mœsi, id est, mihi in carcero atque afflito. ¶ Præterea prefert Apostolus Philippensum aliis quantum ad aliquid, quatenus laudibus suis auditis prouocentur ad meliora. Virtus enim laudata augetur in bonis. Seitis autem & vos Philippenes, quod in principio euangelii, id est, illo tempore prædicationis mœsi euangelicae.

Quando profetus sum, id est, recessi, A Macedonia verbo prædicationis illic disseminato, Nulla mihi ecclesia communis eauit, id est, temporalia dedit, In ratione dati & accepti, id est, in rationabilis recompensatione temporalium, pro exhibitione spiritualium qua vobis communicauit, Rationis enim censura

censura hoc dicit, ut spiritualia bona præstanti seu dispensanti, temporalia ministrantur. Nisi uos soli in quo declaratur gratitudo ac liberalitas vestra, Quia & Thessalonici eam id est, ad urbem sui dictam, Semel & bis id est, tribus vicibus, vel semel & iterum, In usum id est, ad vtendum, Mibi missis temporalia vestra, ut necessaria vita ex eis acciperem, Non quia quero datum id est, non ideo vos commando, quia munera vestra requireo. Sed requireo fructus abundanter id est, meritum copiosum, In ratione uerba iam dicta, videlicet in rationabilis recompensatione, qua mihi temporalia pro spiritualibus communicatis. Habeo autem omnia que misfisia. Et abundo in eis, ita ut alii indigentibus ea communicem. Repletus sum gaudio mentis & copia rerum, et acceptis ab Epaphrodito his Quae missis mihi Odore suavitatis id est, quæ sic placet deo, ut odor suauissimus. Eleemosyna namque ita hostia dei gratissima. Ideo sequitur,

Hosiam acceptam, deo placentem. Vnde ad Hebreos ait, Be nescientia & communione nolite obliuisci. Talibus enim honestis placatur deus. Deus autem meus implat id est, exaudiat & operi mancipat, Omne desiderium uestrum rationabile & syncretum, Secundum diuitias suas in gloria, id est, pie, gratiose & copiose, secundum quod ipse est deus est, in gloria id est, in beatitudine sua. Vel, implat desideriū vestri in gloria, dando videlicet vobis gloriam sempiternam, in Christo Iesu, id est, per dominum salutarem, & per gratiam seu meritum eius. Deo autem per creationem, Et patri nostro per gubernationem, videlicet summa ac incomputabilis trinitati, Gloria in secula seculorum. Amen. Salutate, id est, salutem optate ac dicite, Omnes sanctos ad vestram societatem spectantes, In Christo Iesu, id est, secundum Christi doctrinam, vel ut in Christo permaneant. Salutant uos qui mei sunt fratres, id est, cooperatores ac socij mei. Salutant uos omnes sancti in urbe morantes, Maxime autem qui de domo Cesari sunt, id est, ministri Neronis quos conuerti, qui & speciale dilectionem ad vos gerunt. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum spiritu uestro, hoc est, in anima vestra perficiendo eius essentiam. Amen, id est, sic fiat atque præstetur vobis à deo sublimi & benedictio.

Mdit. 18.

Hebr.13.
Roma.1.Rom.16.
2.Cor.8.

Ephe.2.

C


luteum optate ac dicite, Omnes sanctos ad vestram societatem spectantes, In Christo Iesu, id est, secundum Christi doctrinam, vel ut in Christo permaneant. Salutant uos qui mei sunt fratres, id est, cooperatores ac socij mei. Salutant uos omnes sancti in urbe morantes, Maxime autem qui de domo Cesari sunt, id est, ministri Neronis quos conuerti, qui & speciale dilectionem ad vos gerunt. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum spiritu uestro, hoc est, in anima vestra perficiendo eius essentiam. Amen, id est, sic fiat atque præstetur vobis à deo sublimi & benedictio.

I. iiiij. In epि-

D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

IN EPISTOLAM AD CO=
LOSSENSES.
PROEMIUM.

Prov.18.



E
Vi corripit hominem, postea gra-
tiā innueniet apud eum, magis
quam ille qui per blandimenta
decipit. Quemadmodū in-
uidius correctionē eius nō o-
ptat, quē odit, sed natura eius
cupit malum simpliciter ve-
rū dilector, eius quem diligit
vitia dissimilare nō valet, sed
corripit, si tamē habeatur cor-
rectionis fiducia. Hinc itaque

F
Ecccl.19. sanctus apostolus diuinī amoris calore, atque fraternali salutis
zele repletus, filios suos & filiorum suorum filios ad veritatis
lineam reuocare nittitur incessanter. Vide in præsentī episto-
la Colosensibus definita, vacillantes confirmat. Demique
Colosenses ab urbe Colossi nomine sic vocati, sicut Asiai,
quos ipse Paulus non accessit, neque intruxit, sed eius disci-
puli Archippus Colosensem episcopus, & Epaphras, ex
Colossi oriundus. Prædicante ergo Archippo, & Epaphra
F (quem Paulus edocuit) superueniente, atque Archippi prædi-
cationem confirmante, aduenerunt pseudoapostoli afferentes
legalia simili cum Euangeliō obseruanda. Dubitantibus ergo
Colosensibus vtri partium potius esset credendum, Aposto-
lus tanquam mediator idoneus, scribit quid oporteat fieri.
Scribit autem ab Epheso per Tychicum diaconum, Onesimus
acolytum. Modus procedendi huius epistole similis est alia-
rum epistolarum processus. Nam salutationem præmit. De
profecē & gratia Colosensi grates domino refert, ad per-
fectiora hortatur, atque pro eis suppliciter deprecatur.

Acto.15.

Cap. 1. Paulus apostolus Iesu Christi, per voluntatem
dei. ARTICVLVS. 1.

Paulus.

IN EPIST. PAVLI AD COLOS. 253



Aulus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei id est A
diuina voluntate constitutus apostolus, ET TIBI
mothes frater quem propter suam autoritatem
connectit sibi apostolus. Erat enim Epheliorum
episcopus. Hi itaque scribunt His qui sunt Colossi
hoc est in ciuitate sic dicta, Sanctis & fidelibus fratribus .i.
veraciter Christianis, qui implere conantur illud Salvatoris,
Estote perfecti, sicut & pater vester celestis perfectus est, in
Christo Iesu id est, in doctrina & fide Christi. Illas enim ser-
uando & operando sancti & fideles fuerunt. Gratia gratum
faciens Vobis & pac hoc tranquillitas mentis praefector &
conseruetur. A deo pater nostro id est, in celis patre aeterno,

Matt. 5.

B
Ioan. 5.
Et à Domino Iesu Christo qui secundum diuinam naturam
est causa gratiae effectiva ac principialis. Quicque enim fa-
cit patrem, hac & filius similiter facit. Secundum humanam vero
naturam est causa gratiae meritoria instrumentalis ac media-
ta. Gratias agimus deo & patri domini nostri Iesu Christi id est,
patri aeterno, qui est deus Christi, ut homo est; pater vero secun-
dum diuinam naturam quam habet à patre, Semper id
est, congruus, Pro vobis orantes, audientes fidem vestram
fundatam ac fixam in Christo Iesu, & dilectionem id est, habi-
tum, actum interiorum, & opera caritativa, Quam habetis
extentam, In omnes sanctos id est, viuieris veraciter Chri-
stianos, quibus pro loco & tempore, secundum vestram possi-
bilitatem, benefacitis, spiritualia vel corporalia beneficia im-
pendendo. Propter spem id est, beatitudinem separatum,

C

Quae reposita id est, parata Est vobis in celis, quam audi-
siderit quae vos praedicata est, In uero ueritatis id est, in
vero sermone Euangelii quod pertinet ad nos id est vobis an-
nunciatum est. Sicut & in uniuerso mundo est id est, cunctis
gentibus euangelizatum est, sicut & vobis, sic tamen ut sit di-
stributio, non pro singulis generis sed pro generibus singu-
lorum. Unde & apostolis aiebat Salvator, Fuentes in mundum
vniuersum, prædicare Euangelium omni creatura. Et Psal-
mista, In omnibus (inquit) terram exiuit sonus eorum, Et fru-
ctificat, & crescit id est euangelica doctrina in creditibus est
causa fructificationis & spiritualis incrementi, videlicet bo-
norum operū, & quotidiani profectus in gratia. Crescit quo-
que per hoc quod pluribus annunciatur à quibus & deute-
recipitur,

Marc. 16.
Psal. 18.

Aflo. 2.

Cap. i. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D recipitur. Sic in uobis fructificauit & creuit, Ex ea die, que audistis & cognovistis gratiam dei id est, beneficia gratia vobis à Christo conferenda, in ueritate hoc est veraciter. Vel, in ueritate euangelica legis, Sic ut didicistis ab Epaphra confirmante prædicationem Archippi, Charissimo conseruo nostro, qui est filius pro uobis .i. pro vestra salute procuranda. Minifter iefu Christi, eius doctrinam vobis annunciantio, ipsumque pro rationibus iugiter exorando, Qui etiā manifestauit, hoc est, clare resultit, Nobis dilectionem uestram existentem In spiritu, quia à spiritu sancto infunditur, conseruat, & secundum eum operatur. Est quoque in spiritu vestro, in superiori parte animæ ueltra, ut in subiecto. Ideo & nos ex qua die audiuimus tantæ bona de vobis, Nō cessamus, opportunotèpore, Orantes cordiali affectu, Et posulantæ prece vocali, Ut implamini agnitione voluntatis eius, i. diuinus copiose illufremi ad cognoscendum quid velit deus ut sciat & attendatis eius mandata atq; confilia. Quod versi ita impleri, & quomodo fiat, subiungitur, In omni sapientia sacra scriptura, i. quam scriptura diuinus inspirata proponit ac docet, Et intellectus spirituali rituali .i. interiora vera, seu mystica intelligentia scripturarum, quatenus literam occidentem spirituitaliter intelligatis, spiritus quippe uiuificat, Ut ambuletis in semitis praecptorum,

Digne deo, itam reuenerenter, sancte & perfecte, quam decet tanto principi deseruire, atque vt cum pro premio mereamini possidere. Maledicetus enim qui facit opus dei negligenter.

Per omnia id est in interioribus & exterioribus, Placentes domino deo. Nam si quis totam legem impleuerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Cui & illud quoque consonat Sapientia, Qui in uno peccauerit, multa bona perderet, In omni opere bono fructificantes proficiendo in meritis,

Et crescentes in scientia dei id est, in noticia diuinorum. De qua ait per prophetam, Scientiam dei volui magis quam holocaustum. Itidem & Sapiens, Vani sunt, inquit, omnes homines, quibus nō subest scientia dei. Denique hac est vita eterna, ut cognoscamus deum verum. ¶ Posunt quoque per predicationem sapientiam, intellectum, atque scientiam intelligi tria dona spiritus sancti. De quibus apud Esaiam legitur, Requiescat super eum spiritus sapientia & intellectus, &c. Sicque sapientia appellatur habitualis noticia supernaturalis, à spiritu sancto

Sapien. 9.

2. Timo. 3.

2. Cor. 6.

Appl. 3.

Hebr. 4.8.

Jacob. 2.

Ecli. 9.

Ofor. 6.

Sapien. 13.

Ioan. 17.

Esaie. 11.

IN EPIST. PAVLI AD COLOS. 254

sancto infusa, ac sapientia, per quam anima fortitur rectum iudicium de diuinis, habendo connaturalitatem quandam cum eis per gustum ac dilectionem. Intellectus vero est donum spiritus sancti, per quod anima ea que fidei sunt penetrat,clare cognoscit, & firmiter eis inhæret, cernendo aliquam rationem propter quam absentendum est articulis seu testimonis fidei. Potrò, Scientia est donum quo anima recte iudicat de rebus creatis. Hęc autem, prout dona, nō inueniuntur nisi in habentibus charitatem & gratiam, sicut nec cetera dona spiritus sancti. Et iuxta hunc modum litera sic exponetur. In omnino id est, perfecta sapientia, que est præstantissimum donum spiritus sancti: & intellectu spirituali id est, dono intellectus à spiritu sancto infuso. In omni uirtute theologica, intellectuali ac morali, Confirmati. Optimum enim est, gratia stabilitate cor, Secundum potentiam claritatis eius, id est, secundum quod deus idoneus est ad confortandum vos per claritatem gratiae sue, In omni patientia in aduersis seruata, Et longanimitate & quanitatem præfollando diuina promissa,

Cum gaudio mentis, ex actu virtuoso manante, Gratias agentes deo patri qui dignos uos fecit per merita Christi, gratiam baptismi & cetera opera meritoria, que ipsi in nobis producit In partem id est, ad habendam participationem, Sororis sanctorum id est, hereditatis electorum, videlicet vitæ æternæ, quae habetur, In lumine id est, per lumen glorie, vel in claritate visionis diuinæ. De qua sorte ait Psal. Dominus pars hereditatis meæ. Qui etiā de lumine isto testatur, In lumine tuo, iniquis, videbimus lumen. Hac aut̄ hereditas dicta est fors, quia diuina voluntatis electione, nō humana prouisione distribuitur, quæadmodū fortis dicunti tēperari atq; disponi à deo.

Qui erat nos per incarnationem, conuerationem ac passionem unigeniti filii sui, De potestate tenebris, .i. à dominio demônii, à iugo peccati & tenebris ignoratiæ, Et transfluit in regnum, i. in societatem ecclesiæ militantis, seu numerū electorum. Que ecclesia dicitur regnum Christi, qui in corde fideliū regnat per fidem & gratiam. De quo regno aiebat angelus, Regnabit in domo Iacob in æternum. Et Esaias, Super solium David, & super regnum eius sedebit. Nunc quoque translati sumus in regnum celorum in sp[iritu] trāferendi illuc tandem in re. Trāstulit itaque nos deus pater in regnum, Filii dilectionis sue id est,

Sapien. 1.

B

Hebr. 13.

C

Psal. 15.

Hebr. 35.

Lucca.

Esa. 9.

Cap. i. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

- Mar. 9** D id est, filij sui dilecti: de quo ait, *Hic est filius meus dilectus, ipsum andite.* Ex hoc cluēscit, quid dilectio in diuinis, non solum notionaliter seu relative, sed etiam absolute dicatur. *Aliis filiis dei à spiritu sancto diceretur procedere.* De pradi
Esaie. 42 Et autem eretione & translatione generis humani, pater art per prophetam ad filium, *Dedi te in fædus populi, in lucem gentium, ut educeres de conclusione vinculum, de domo carceris sedentes in tenebris.* In quo Christus id est, per cuius fanguinis pretium, mortisque meritum, *Habemus redēptionem à iure & dominatione diaboli.* Et remissionem peccatorum prout testatur sanctus Iohannes in Apocalypsi: *Qui dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.* Qui est imago dei patris Invisibilis visione corporali ac intellectu, id est, omnino incomprehensibilis cōprehensione perfecta, sicut & pater. Nemo enim nouit filium nisi pater, nec patrem quis nouit nisi filium. In patria tamē videtur per speciem, sed non perfœcta ac plene comprehenditur. Dicitur autem Christus imago patri perfecta, non imitativa: naturalis, non artificialis: plena, non participativa, id est, per omni similitudinem. Propter quod ipse ait, *Qui videt me, videt & patrem.* Ad rationem autem imaginis duo requiruntur, videlicet similitudo in specie, vel similitudo in signo speciei. Quod maxime est figura in rebus corporeis & processio. Oportet enim ut imago aliquius sit ab eo cuius est imago, filius aut in diuinis generatur a patre, in nullis distans ab eo. Dupliciter quoque dicitur esse imago aliquius in alio. Primo sicut in re euidenti naturæ saltem secundum speciem, sicut imago regis est in filio eius. Et ita filius dei vocatur imago patri. Secundo tanquam in re alterius generis, sicut imago Herculis est in lapide, & imago imperatoris in nummo. Sicque vocatur homo imago dei, qui potius dicendus est factus ad imaginem dei, quam cuius imago, *Primogenitus omnis creature* id est, ante omnia creata eternaliter genitus, quemadmodum per quandam Sapientem testatur, Ego ex ore altissimi produxi primogenitam ante omnem creaturam, *Quia in ipso* id est, per ipsum, *Conditæ sunt uniuersa.* Omnia enim per ipsum facta sunt, ait Evangelista. Vcl, in ipso, tanquam in exemplari principio condita, hoc est, creari disposita sunt uniuersa. Filius quippe est a rationibus plena, omnisq; creature exclar. Propter quod omnia

IN EPIST. PAVLI AD COLOS. 255

- nia in ipso exclariter praexistunt, eternaliterq; à parte pre-ordinata atque præcisa sunt. Comparantur namque creature ad ipsum, sicut artificata ad artificem, iuxta illud Sapientie, *Omnium est enim artifex, omnem habens scientiam.* Omnia ergo in ipso sunt condita, *In celis & in terra videlicet, Visibilia ut corpora celestia, elementa pauci & mixta, Et inuisibilia.* De quibus adiectum est, *Sicut throni id est, angelorum de infimo choro prima & summe hierarchia angelicarum.* Qui throni, id est, eudes vocantur, quoniam propter magnam suam propinquitatem ad deum, ipse in eis sedet, quiescere, praesidere, & per eos sua iudicia exercere afferitur, *Sicut dominationes, sicut principatus, sicut potestates.* Hos tres ordines an gelorum nominavit Apostolus ad Ephesios, de quibus ibi sat-
Math. ii. tis videtur. Et quia hoc loco præponit Apostolus principatus potestatibus, Gregorius & Bernardus opinati sunt principatus ad secundam, potestates vero ad infinita pertinere hierarchiam. *Omnia per ipsum* sicut per causam ef-
Ioan. 14. ficiem, *Et in ipso* tanquam in exemplari principio, creata sunt, luxta intellectum iam dictum. Et ipse, unigenitus dei est ante omnes, id est, persistente aeternitatibus ævo, atque incomparabiliter dignitate. Propter quod in Apo-
calyp. calyp, testatur, *Ego sum alpha & omega, primus & nouissimus, principium & finis, et omnia in ipso constant.* id est, idem alter & causaliter in eo sunt. Luxra illud, *Quod faciat* est, in ipso vita erat. Vcl, in ipso constant, id est, ipsius divina potestate subsistunt, sustentant, fulcuntur, iunctaque permanenter. Propterea Hebreis loquitur Apostolus, *Portans omnia verbo virtutis sue.* Et ipse Christus *Est caput corporis ei-clesie* id est, corporis mystici, quod est ecclesia. Quomodo autem intelligendum sit hoc diffuse, tractatum atque expostum est. *Qui est principium* omnium rerum, id est, creator universorum. Vnde cum ei dixissent Iudei, *Tu quis es?* Respondit, *Principium, qui & loquor vobis.* *Primogenitus ex mortuis* id est, inter mortuos primus ad immortalem vitam resurgens. Nam qui ante eum suscitati fuerunt, rursus defuncti sunt. Ideo enim ait scriptura, *Qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum.* Vcl, *Primogenitus ex mortuis*, id est, inter mortuos suscitatos primus dignitate. *Vt sit in omnibus angelis & hominibus.* Vcl, in omnibus, id est, præteritis, præ-
Ephesi.
B
Gregorius
Bernard.
Apoca. 22
Ioan. 8.
C Hebi.
Ephesi.
Apocal. 1:

Cap. i. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

- D sentibus ac futuris generationibus, Primatum tenens id est, viuissorum principes & caput existent, sicut per quandam Ecccl. 24. Sapientiam afferit, In omni gente, & in omni populo primatum tenui. Habet enim in vestimento, & in nomine suo scriptum, Apocal. 19. Rex regum & dominus dominantium. Et hoc merito, Quia in ipso Christo, prout est homo, Complacuit deo trinitati. Omne plenitudinem id est, plenam perfectionem scientiae ac virtutis inhabitare id est, stabiliter permanere. Non enim ad meumurā dat deus spiritū homini Christo. Et vidimus gloriā eius, gloriā quasi vngenerata patre, plenum gratiae & veritatis. Vel, omnē plenitudinem diuinitatis, id est, verā atq[ue] perfectā diuinitatem, quemadmodū alio loco affirmat apostolus, In ipso inquiens, inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. E Placuit quoq[ue] deo, Et per eum id est, per Christi veneranda mysteria, Reconciliare sibi ipsi Omnia genera hominū in ipsum id est, ad hoc vt finaliter ad deū conuertantur, sicut ad beatitudinis fonte, ac ultimum finem. Vnde alibi dicitur id est, 2. Cor. 5. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Et in Esaiā, Esiae. 53. Disciplina pacis nostrae super eū, & liuore eius fanata sumus, Pacificans Christus, vel trinitas per Christi, videlicet, Per sanguinem crucis eius id est, pretiosissimo sanguine Christi effuso. Sive que in celis sunt, sive que in terris id est, celestia & terrestria, vtpū viatores, & cōp̄rehensores de terra saluatoris. Vel hoc idem dicitur, quoniam angelos concordavi hominib[us]. Ipse siquidē est pars nostra, qui fecit vtrraq[ue] vnum. Propter quod à propheta vocatur pater futuri seculi, & princeps pacis. Et rursum per aliū de Christo predicūtū est, Loquetur pacē gentibus. Eph. 2. F Et nos, ó Colosenses, Cū efficiamur aliquando scilicet, tempore gentilitatis vestra, Alienati à deo per idololatriā, et inimici sensu id est, intellectu, videlicet male sentiendo deo, per variis errores falsitati fluctuando. Vel sensu, id est, sensualiter (id est, iuxta sensu duob[us]) cōuersando, In operibus malis id est, virtus carnis. Nunc autē tempore gratiae, Christus reconciliavit vos deo, In corpore carnis eius .i. per ea qua pertulit in corpore suo, quod erat caro mortalis. Ideo subditur, Per mortem i. per eius beatissimā passionē, qua viuiscatus est mundus exhibere .i. ad hoc ut ipse exhibeat, quantum in se est. Vel certe ut Rome. 8. ipsi exhibeat, Vorsantos in anima, Et immaculatos à vitiis cunctis, Et irreprehensibiles corā ipso id est, pure & reverenter viuendo

IN EPIST. PAVLI AD COLOS. 256

viuendo in cōspectu diuino. Quemadmodum ait Psalmista, A Seruau mandata tua & testimonia tua, quia omnes via mea Psalm. 11. 8 in cōspectu tuo. Tales autē eritis corā deo, Christo vos presentante patri aeterno, vel per propriorū operum ac meritorū vestrorū exhibitione, quae requiruntur ad obtinendā salutē. Qui enim creavit te sine te, (id est, sine tua cooperatione) non August. iūlificabit te sine te, Si tamē permanetis in fide fundati: firmiter, integrē, credendo, Et stabiles in ea per opera bona, Et immobiles a spē euangelii quod audistis, hoc est, ab expectatio- ne futura beatitudinis promisse in euangelio, Qued predica- tum est, in auribus vestris, per nos apostolos, aliosq[ue] discipu- los, In uniuersitate creatura que sub celo est id est, cunctis homi- nibus in terra degentibus. De quibus aiebat, Prædicate euange- Mari. 16. lium omnī creature, Cuius factū sum deo auctore, Egō B Paulus minister id est, prædicator, Qui nunc in Epheso in- carceratus, Gaudeo in passiōnibus id est, in tribulationibus, quas patior, Pro ubiq[ue] id est, pro vestri cōfirmatione, Et ad impleo ea que defuncti passio[n]is Christi in carne mea. Non est per hoc intelligendum, q[uod] p[ro]p[ter]eas quas Christus pro nobis suffi- niuit incomplete vel insufficiens fuerint ad mundi salutati- nem, ita vt Paulus, aut quiquam sanctoru[m] eas compleuerit. Est 1. Cor. 4. igitur sensus, Et adimpleo, id est, lōgas & duras persecutions referendo, perficie q[uod] defuncti merita imperfecta, passio- num Christi, propriā afflitionū, quas in carne mea suffi- neo. Que propter veritatem Christi, & membroru[m] eius dicitur passio[n]is Christi, iuxta qd ipse dicebat, Saule, Saule, quid me persequeris? Iuxta quē modū ait rursus per Prophetā deus, C Qui terigerit vos, tanget pupillā oculi mei. Hac ergo suffitio- nis adimpleo, Pro corpore eius id est, pro mystico corpore Christi, Quid est ecclēsa, videlicet vt fideles eruditam atq[ue] adficiem, eosq[ue] merito & numero augē. Considerandum est enim q[uod] merita passio[n]is dominica, & aliorū sanctorū, in dō & cetera opera supererogationis ipslorū, sunt velut res pu- blica, ac thesaurus ecclēsiae, de quo tam larga indulgēt[ur] sunt his qui per charitatem coniuncti & incorporati sunt Christo ac sanctis. Hic autē thesaurus v[er]q[ue], in fine mundi perficitur, ponē- tibus singulis quibusq[ue] sanctoru[m] partes suas in eo. Sicq[ue] aposto- lis adimplevit ea quae deerant passio[n]i suarū, quoniam addidit quotidie aliud huic thesauro. Vel sic (qd redit tamē in id.) Adimpleo

Cap. 2. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D Adimpleo ea que defunt passionum Christi, id est, passionum, quas Christi amore, exemplo, iustione, seu ordinatione sustinuo. De quibus in Actis dicebat Saluator, Ego ostendam illi quanto oporteat eum pro nomine meo pati, cuius Christi vel Ecclesiae factus sum ego minister, pradicando, & sacramenta erogando. Secundum dispensationem dei id est, diuinam ordinacionem seu apostolatū mihi diuinitus dispensatum. Quae dispensatio Data est mihi in uobis id est, ad hoc ut vobis euangelicam veritatem annunciem. Ut impleā, id est, predicando ad effectum perducam. Verbum dei id est diuinam promissionem, qua deus patriarchis, vatisbusque promisit euangelium dei esse gentibus annunciatum, & eas fore saluandas per fidem & gratiam dei. Quicquidmodum per Esaiam loquitur, Mitem ex eis qui saluati fuerint ad Gentes in mare, in Aphricam & Lydiam, tenentes sagittam, in Italiā & Graciam ad insulas longe, & annunciantur gloriā meā Gentibus. Et quia dispositio, promissio, seu verbum illud multum mirabile fuit, atque occultum, ideo subditur Mysteriū, hoc est, sacrum secretum, videlicet verbum praetactum, Quid absconditum fuit id est, hominibus ignotum. A seculis id est, à principio ęeculorum. Et à generationibus præcedentibus, non enim nisi paucis innovit, & hoc incomplete. De pleniori autē intellectu huius scriptura multa sunt ad Ephesiā dicta: ibi quoque legitur, Mysterium Christi, quod aliis generationibus non est agnitus filii hominum, sed nunc reuelatum est sancti Apoloſis, &c. Unde iam subditur, Nunc F autem videlicet tempore gratia, Manifestatum est mysterium istud per Christi prædicationem, & spiritus sancti illustrationem, Sanctis eius id est, Apostoli, & ceteris primiū ecclesiis filiis, per quorum prædicationem manifestatum est ceteris populis, Quibus uoluit deus nos- tas facere diuitias glorie id est, abundantem gloriam, Sacramenti huic id est, predicti mysteriū prædicati in Gentibus id est, inter gentes. In quo mysterio plurima spiritualia contenta sunt dona, quae appellantur diuitiae glorie, reputa fides, indulgentia, reconciliatio, iustitia, dona spiritus sancti, beatitudo futura, Quid sacramentum, Est Christus materialiter id est, Christus materia seu obiectum est sacramenti istius, quia de ipso tractat & loquitur, qui est, In uobis spes

Act. 9.
Eph. 4.

Esa. 66 E

Eph. 1.
Eph. 6.

1. Cor. 10.

IN EPIST. PAVLI AD COLOS. 257

spes glorie id est, causa & ratio sperandi glorificationē beatam, Quem nos annunciamus id est, Gentibus prædicamus. A

Corripentes omnia hominem præsentem & futurum, ad quem scripta nostra peruenient, id est, quosdam de omni genere hominum. Vt, omnem hominem, veritati fidei repugnam- tem, Et docentes omne hominem id est, quosdam de omnibus

In omni sapientia scripturarū sanctarum, ad salutem necessaria, Vt exhibeam omnem hominem perfecti in Christo Iesu id est, in fide, charitate, & obsequio Christi, secundum exigentia status præsentis. In quo nullus est perfectus simpliciter, vel ita ut ultra, proficere aut perfici nequeat, sed sic, ut sine mortali vita peccato, & passionis habeat reformatas, atq; in virtutibus stabilietur, In quo Christo, id est, cuius amore, Vt, in quo negotio consummando, videlicet ut exhibeam omnem hominem in Christo perfectum. Et labore dic ac nocte Certan- do contra inuisibilis ac visibiles hostes, Secundum operatio- nem id est, conformatiōem & influentiam, Eius videlicet Christi, Quam operatur in me dando mihi auxilium gracie sua ad efficaciter operandum. Vt, secundum operationē eius in me, hoc est, secundum operationem à me proceden- tem, qua potius ascribenda est Christo, quam mihi, luxa il- lud propheticum, Omnia opera nostra operatus es in nobis, quam operatur Christus in me in uirtute id est, potenter seu propria sua diuināque potestate.

B

Esaie. 26.

Cap. 11. Volo enim uos scire, qualem sollicitudinem habem pro uobis. ARTICVL. 1.

 DEPTA in precedenti capitulo exhortationē de vitandis ceremonialibus legis prosecutur Apostolus in isto capitulo, admonens Colosenses, ut fallos ac simulatos vitent doctores. Et ut si- bi acquiescant facilius, manifestat quantum de eorum salute sollicitetur, Volo enim uos scire ut amanti credat, Quale sollicitudinem habeo pro uobis, & pro his qui sunt Laodicei (quae est ciuitas Asiae) id est, pro uestra, Laodicensium que salute, ne ab impostoribus fallamini, à quibus præuenti iam estis. Et quicunque non uiderunt faciem meam in carne id est, pro ceteris vniuersi fidelibus, quibus ipse in propria persona non prædicauit, neque apparuit, Vt consolentur corda K ipforum

C

Colo. 1.

Roma. 12.

Cap.2. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D iporum id est, ob hoc follicitus sum, quatenus corda ipsorum cōsolationem recipient ex allocatione mea per epistolas quae consolata non sunt ex presentia & immediata predicatione mea. Et sitis instruti id est, prudenter exercitati. In charitate hoc est, in actibus dilectionis dei & proximi. Vel, instruti in charitate, id est, de charitate Christi ad nos, ut scientias & consideretis, quantum Christus dilexit nos, qui ait, *Ma iorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Sitis quoq; instruti, seu per charitatem instructionem tendentes. *Et in omnes diuitias plenitudinis intellectus* id est, perfectissimos habitus intellectuales, ut impleamini donis sapientiae & intellectus, confilii atq; scientiae, in agitione mysterii id est, ad hoc ut & aliter consideretis mysterium, id est, sacram secretum Dei patris & domini nostri Iesu Christi per quod intelligi potest unitas patris & filij in essentia, & distinctio in persona. Vel ipsa incarnatione, qua est mysterium patris, tanquam authoris, & Christi, tanquam assumptoris vel executoris. In quo Christo sunt omnes thesauri id est, copiosissima plenitudo, sapientiae diuinorum et scientie creaturarum. Absconditi id est, incomprehensibili liter existentes. Christus namque secundum diuinitatem est ipsa aeterna atq; immensa sapientia, cuius non est numerus estque; increata scientia, cui conuenit illud. O altitudo diuinarum sapientiae & scientie dei. Secundum humanitatem quod; assūmptam, repletus est sapientia in contemplatione diuinorum, & scientia in speculatione creaturarum, praesertim cum anima Christi praevniuersis beatis, diuinitatem ac trinitatem ab exordio sua creationis clarius vidit & omnia illa cognoscit, que cognoscit & verbum, scientia visionis, id est, cuncta que vnguani fuerunt, sicut, aut erunt. Hoc autem dico, ut nemo vos desipiat id est, fidei vestra simplicitatem inficiat, in sublimitate sermonis id est, per verba profunda secundum apparentiam & fuita, seu subtilia argumenta. Denique ista admoneo, Nam & si corpore absens sum id est, à vobis distans loco, ac corporali separatione, Sed spiritu id est, mentis consideratione.

yobiscum sum tum, quia de vobis sepius cogito: tum quia in spiritu prophetico quasi praesens in principio quid agatis. Quemadmodum Helilaus praesens fuit quando Giezi accepit munera Naaman, *Gaudens in domino de vestro profectu.*

Et tunc

4. Reg. 5.
1. Cor. 14.

Psal. 144.
Roma. 11.

Ephes. 11.

1. Cor. 2.

Ephes. 11.

Ioan. 15.

IN EPIST. PAVLI AD COLOS. 258

Et uidens id est, cognoscens, Ordinem uestrum id est, vi te vestra ordinationem quomodo omnia iustitia & secundum ordinem sunt in vobis. Et firmamentum eius quae in Christo est fidei uestra id est, stabilitatem seu robur fidei vestra quam in Christo habetus. Deinde fortatus eos ad perseverantiam ac profectum in bonis. Sicut ergo accepisti Christum Iesum dominum nostrum id est, ficut credendo ceperitis conuersari in Christo, In ipso ambulate id est, sic exinde in eo procedite, proficiendo semper in melius per imitationem vestigiorum saluatoris. Sola namque perseverantia coronatur, Radicati id est, firmiter fixi, per modum radicis terra inherentis. Et si perdidicatis in ipso id est, in doctrina & gratia Christi, ita vt sitis domus seu habitaculum dei, cuius fundamentum sit Christus seu doctrina & gratia eius. Vnde Ephesis dictum est, Superpredicatis super fundatum apostolorum & prophetarum

Roma. 11.
Mat. 10.

Ephes. 11.
B Eph. 2.

Et confirmati in fide ut nec philosophicis rationibus, nec sensu apparentiis, nec persecutionibus recedatis a fidei sinceritate. Sicut & didicisti ab Archippo ambulandum esse, & standum in fidei qua nutante, tota virtutum structura vacillat. Abundantes in illo gratiarum actione, ideo copiose grates referendo. Aduentum autem, quod triplici via conabantur peruersi, hos Colossenses subuertere, scilicet per philosophiam, per legis allegationem, per simulatam sanctitatem. Hos processus apostolus reprobavit. Vide te ne quis usus decipiat per philosophiam id est, scientiam naturalem, studio philosophorum inventam, Et inanem fallaciam, i.e. per argumenta sophistica, quevident aliiquid probare, sed non probant veracriter. Philosophiam in quam procedentem ac iudicantem,

Secundum traditionem hominum, i.e. humanae rationis discursum, Secundum clementia huius mundi id est, iuxta ea quae naturaliter apparent in rebus, videlicet secundum causas naturales & elementales, & solitum cursum rerum. Et non secundum Christum, id est, deceptores isti atq; philosophi non secundum Christi doctrinam procedunt, considerando diuinae virtutis illimitatam potentiam, non determinatam ad naturalem ac solitum cursum seu ordinem rerum, sed supernaturalia & nobis incomprehensibilia operari valent. In quo declarat philosophorum fatuitas, alferentium deum non posse aliqd agere preter naturale ordinem rerum, & ultra huic rationis capacitatē. Propter

March. 7.

K ij
quod

Cap. 2. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D quod negabant quicquid rationem excedit, videlicet deum incarnatum, virginem peperisse, &c. ¶ Cur autem his qui non procedunt secundum Christum debeat contra dici, subiungitur. Quia in ipso id est, in Christi humana natura quasi in templo. Habitat omnis plenitudo diuinitatis id est, perfecta, veraque diuinitas cum omni sua perfectione. Personaliter enim in Christo vnitate sunt natura diuina & humana. Habitat autem in ea, Corporaliter id est, corpori eius vere ac immediate coniuncta est, sicut & anima eius, non quod ipsa sit corpus. Porro, diuinitas dicitur sui unitate, quoniam persona verbi, qua est diuinitas, humanitatem coniuncta est. ¶ Deinceps ostendit Apostolus yanam esse rationem eorum, qui per legis allegationem nitebantur Colosenses subiungere indiuen-

E do eos ad ceremonialia legis. Et estis in illo id est, à Christo, prout deus est, & per ipsum, prout est homo, dei ac hominum mediator. Repleti gratia & donis spiritus sancti ita ut nequaquam indigentis legalium obseruantia. Propterea scri-

1. Tim. 2.
2. Cor. 8.
Dionysius.

1. Tim. 2.
2. Cor. 8.
Dionysius.

Gen. 17.
Hier. 4.
Deut. 10.

Gen. 17.
Hier. 4.
Deut. 10.

Et plenitudine eius accipimus omnes, gratiam pro gratia. Ipse quoque propter nos egenus factus est, vt eius inopia diuinas esse mus, Qui Christus, etiam secundum natu- ram aliumptum, Et sepe id est, caputularis influxor Omnis principatus & potestatis id est, angelorum sanctorum, qui omnes a Christo homine purgantur, illuminantur ac perficiuntur secundum theologos. In quo .i. cuius virtute operatione & gratia, circuncis estis, circuncisone non manufacta, .i. non carnali, legali ac literali, in exploitatione corporis carnis .i. amittendo

F particularis corporis quod est caro, videlicet pellum præputij que in illa circuncisone auferitur, Sed in circuncisone iefu Christi hoc est, spirituali atque a Christo facta circuncisio circuncis estis per expurgationem superfluitatis vitiorum ac passionum vestrarum. De qua circuncisio scriptum est, Circuncidimini, & auferite præputium cordium vestrorum. Et iterum alibi, Circuncidite præputium cordis vestri, & cervicem vestram ne indureatis amplius, Concepulti ei videlicet Christo

In baptismo id est, in susceptione baptismatis omnino vi- tuis mortificati, sicut & Christi corpus in sepulchro mortuum erat naturali vita. Vel hoc ideo dicitur, quoniam baptizati ter tinguntur in aqua, quæadmodum Christus triduo erat in monumenio. Et sicut Christus de sepulchro ad immortalem vi-

tam

IN EPIST. PAVLI AD COLOS. 259

tam surrexit, sic baptizati de sepulchro à vitiorum corruptio- ne ac vetustate liberati ascendunt. Ideo subditur, in quo Act. 15. Christo Et resurrexis à ruina peccati, Per fidem opera- tionis dei id est, per fidem quam deus operatur seu creat in vobis. Sine fide enim nemo spiritualiter iurget. Qui deus pater vel trinitas Suscitauit illum à mortuis tertia die. Et uos cum mortui esetis spiritualiter, carentes vita gratiae, In delictis id est, propter peccata vestra, quibus naturalem le- gem reliquistis. Et præceptio carnis uerbi id est, propter car- nalia virtus, vel propter originale peccatum quod per præcep- tum traducitur, Coniuicauit cum illo id est, ad vitam gra- tia suscitauit, quemadmodum Christum ad vitam naturalem humanam reduxit, fulciendo eum à mortuis. Vel coniuncti- Rom. 3. uit cum illo, id est, immortalitatem vobis iam dedit in spe, B quan Christus dedit in re, Capitis nanque processio, spes est membroris, Donans, id est, gratis, & sine merito vestro dimittens, Vobis omnia delicta vestra merito Christi. Dū- modo tamen meritum illud vobis applicetur per fidem, vel sa- cramenta ecclesie. Delens ipse Christus merito passio- nis sue, Quod aduersum nos erat chirographum decreti id est, me- moriale seu literam humanam transgressionis, qua homo protoplastus prævaricatus est in paradiſo decretum, id est, dei præceptum. Huius enim transgressionis memor fuit deus ad puniendum, diabolus ad acculandum. Habuitque diabolus quasi literam testimonialem reatu, quē homo incurrit tran- grediendo diuinum præceptum, inquit & tota postscripta pri- mi parentis. Christus vero satifaciendo pro peccatis no- stris actualibus ac originalibus, eripuit totum genus huma- num ab isto reatu seu debito penae pro peccato infingende. Et ita delectit predictum chirographum, quod contra nos erat, quoniam erat testimonium faciens nos damnationi ob- noxiros. Cum vero peccatum dimittitur, dicimus deum ob- bluisci illius. Daemon quoque non potest de illo peccato accusationem efficacem obtendere, Quod chirographum

Erat contrarium nobis sicut iam dictum est. Et ipsum tu- bit de medio id est, ab inviueris hominibus abstulit illud chirographum, Affigens illud cruci id est, in sua passione illud occidens, seu deltruens, quantum in se erat. Eripuit enim nos de poena pro peccato originali post haec vitam in-

K iii figenda,

Gene. 3.
C 1. Co 15

D fligenda,dummodo ei, ut capit, vniatur per fidem & charitatem, quatenus virtus sue passionis redunderet in nos.tanquam in membra ipsius, *Expoliatis principatus & potestates* id est, demones superiores ac inferiores priuans praedam quam ceperat, puta animabus seu hominibus quo suo dominio subdilerant inducendo eos ad culpam. De hac expoliatione ait ipse Salvator, Nunc princeps huius mundi ciecietur. Et item, Ego (inquit) si exaltatus fuero, omnia traham ad me ipsum. Christus namq[ue] est qui dominum adserfari nostri ingressus est, fortemq[ue] armatum alligatus, a via eius diripuit. Propter quod iubetur per Prophetam Christum vocari, Accelerab, spolia, detrahe, festina pradare. Tradidit confidenter id est, praedam hanc demoni ablatam Christus securissime transfluit in regnum suum, praefidens eis quibus praefidebat diabolos.

Nunc enim ponit eos in regno ecclesiae militantis, postea autem ponit eos (sicur iam plorimos posuit) in regno ecclesiae triumphantis, *Palam triumphans* id est, euidenter vincens, illas id est, diabolos. In semetipso id est, in propriis corporis crucifixione, Vel, in semetipso id est, in propria persona ad inferos descendendo, & sanctos educendo, implens illud propheciam, De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua & mors, morbus tuus ero inferne. Ex his concludit Apostolus principale intentum, videlicet q[uia] non tenentur fideles ad obsecrationem legalitatis post Christi passionem.

Nemo ergo id est, cui prae dicta se ita habeant. Nemo vos iudicet id est, damnabiles afferat, *In cibo & potu* id est, in fuso vi et scilicet ob id quod non differunt inter cibos more Iudaicorum. Aut in parte diei festi ex parte omissionis Iudaicarum celebratut, videlicet *Aut Neomezie* id est, festi occurrentis in nouilundo, Aut sabbatorum id est, ultimorum dierum hebdomadae. *Quae omnia sunt umbra futurorum* id est, obscura signa eorum que in novo testamento geruntur. Proni alibi dicit apostolus. Vmbram habens levem futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum *Corpus aet. Christi* id est, veritas per illa significata per Christum impletur, ad eumq[ue] pertinet. Ideo Christi mysterioris consummatis, quando in cruce dicebat, *Cōsummatum est, quādo & velū templi scissum est, legalia cessauerunt, sicut figura cesserat, adueniente re figurata.* Præterea agit apostolus contra eos qui per simulatae luctationes nitebatur subuertere Colossenses.

Ioan.12.

Ibidem.

Math.12.

Luce.11.

Esaie.8.

Osee.13.

Rom.14.

Hebreo.10

Iean.79.

Math.27

Nemo nos seducat, uolens id est, suadere contendens, *In hu[m] A militate & religione angelorum,* id est, per factam humiliatiem, & apparentem religionem, quibus angelis similis videatur, tanquam verus nuncius dei, sicut & angelus, *Quæ non 1.Timo.19*

uidit, id est, obseruationes legalium quæ non intellexit secundum spiritualem & mysticam rationem, videlicet prout sunt signa futuri. Hoc est cupiens probare hac circumuentione legalia esse seruanda, qui est *Ambulans frustra,* id est, infructuose laborans, *In statu sensu carnis sue,* id est, tumidus & superbus intellectu carnali, carnaliter intelligente legalia, & sensualitate ac imaginatione potius quam spiritualem rationem sequente, sapientis in oculis propriis *Et non tenet caput* hoc est, Christo non inhaerens. *Ex quo totum corpus,* id est, *Esaie.25*

nuersa ecclesia, Per nexus fidei & coniunctiones sanctæ dilectionis Subministratum, id est, exhibitum, vel fibi inuicem seruient. *Et construunt,* id est, in vnu redactum. Hoc est spiritualiter copulatum per fidem, spem, & charitatem, & opera *Roma.12.*

ataque obsequia pia, quibus vniuentur, & vnu mysticum corpus efficiuntur fideles, *Quod corpus* (hoc modo compa-*ctu[m]*) *Crescit in augmentum dei,* id est, magnitudinem spiritualē, videlicet incrementum virtutum per gratiam & efficientiam dei. Si ergo mortui *esset cum Christo,* id est, à vitiis mortificati ac purificati, sicut & Christus semper à vitiis immunissimus fuit. Mortui inquam, *Ab elementis huius mundi,* id est, ab in-

ordinato affectu & cultu sensibilium ac secularium rerū, Vel mortui *cum Christo,* id est, si Christo adhaerentes separati essis, *Galat.3.* ab elementis huius mundi, id est, à lege, eiusq[ue] ceremonialibus preceptis, in quibus est institutio puerorum mundana querentium. In lege namque quasi in elementis alphabeti, est literalis ac puerilis institutio. *Quid adhuc* id est, vñque in prelens, videlicet euangelica veritate iam patet facta, *Tanquam uiuentes in mundo,* id est, quasi secularem vitam dicentes, non deo uiuentes, *Decernitis,* id est, determinatis legalia esse seruanda dicentes ad iuricem, *Neque tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrebaueritis,* ea quæ lex prohibet tangi, gustari aut contrebarti, *Quæ sunt omnia in interitu,* id est, ista dicernere, seu legalia obseruare, morte spiritualem inducunt, *Ipsa iusta,* id est, *Math.15.* per hoc quod Iudaico ritu seruantur, *Secundum precepta & doctrinas hominum,* id est, prout à phariseis & scribis inventur.

Cap. 3. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D & persuadentur seruari post Christi passionem. Quoniam enim precepta ceremonia fuerint diuinis data, & suo tempore obseruanda, tamen ut obseruentur tempore noue legis non est secundum preceptum doctrinamque dei, sed hominius ludorum. Quae precepta tempore gratiae, *Sunt rationem quidem habentia sapientie*, id est, speciem sapientiae habent, non essentiam. Habentque apparentiam seu speciem hanc, *In super perspicitione*, id est, quia videntur ad superexcedentem religiosum pertinere. Et humilitate simulata quoniam eorum obseruatores humilitatem cōfingunt, & deo obedire se simulant. Et quia sunt, *Non ad parendum corpori*, quoniam obseruant le galium laboriosissima est. Sicq; videtur pertinere ad rigorem iustitiae, non ad carnalitatem. Ideo etiam quia sunt *Non in honore aliquo* hoc est, humanum honorem non querunt obseruatores eorum, permitentes carnem præputij sui circuncidi, & quia non sunt, *Ad saturatatem carnis*, id est, etiam ideo speciem sapientiae habent legalia haec, quoniam multa delectabilia substratum corpori, ut carnes porcinas. Vnde videntur ad sobrietatem & abstinentiam pertinere. Propter quod obseruatoris eorum, iudicant non obseruantes esse gulosos.

Cap. III. Igitur si confusur existis cum Christo, que sursum sunt querite. ARTICVLVS III.



FEXPLETA informatione Apostoli de vitandis legibus & naturalibus iustis, iam inducitur moralis instruacio. Igitur, id est, quia legalia cesserunt, & vos cum Christo mortui estis, *Sicut surrexisti a lapsum peccati, cum Christo*, id est, si cut Christus surrexit a tumulo. Peccator enim iacet prostratus in vitio, iustus vero stat in virtutibus cretus. Cum autem peccator penitentiam agit & confitetur, refluxit per gratiam à propriis malis. *Quae sursum sunt querite*, id est, celestia premia desiderate, & summum bonum semper intendite. Illa vtique quae oculus non videt, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, *Vbi*, id est, in quo loco superiori. *Christus est in dextera dei*, id est, ad dexteram patris. *Sedens tanquam omnium iudex ac dominus*: iuxta illud, Dominus Iesus assumptus est in celum, & sedet à dextris dei. Deniq; Christus secundum

IN EPIST. PAVLI AD COLOS. 261

dum suam diuinitatem sederet, id est, consistit ad dexteram patris, id est, in aequalitate maiestatis paternae. Secundum humanitatem vero assumptam sederet, hoc est, corporaliter manet ad dexteram dei, id est, in bonis posterioribus patris. Omnia enim creata Christo homini sunt subiecta. *Quae sursum sunt sapientie*, id est, spiritualia mentis affectu gustata, & corde sincero perpendite. *Non que super terram*, id est, nō carnalia & terrena, *Hebr. 2.* vt dicere valeatis cum Esaia. Nomē tuum & memoriale tuum *Esa. 4.26.* domine in desiderio animę meę. Anima mea desideratur te in nocte, sed & spiritus meus in praecordiis meis. Et cū Psalmista, *Quā magna multitudo dulcedinis tua domine*. Itemq; cum *Psalm. 30.* sponsa, Indica mihi quē diligat anima mea, *ybi pascas, vbi cū bas in meridie*. Mortui enim *estis* rebus mundanis ex vanis, id est, in talibus occupari non debetis. Vel mortui estis, id est, in baptismō configurati morti Christi. *Et vita uestra* quam habebutis estis in patria, *Abscondita est*, id est, reposita & latenter consistens. *Cum Christo in deo*, id est, in deo patre, in cuius corde & in fine Christus incomprehensibiliter cōquiescit. *Quoniam nomen nō nō filium nisi pater*. Hac autem vita aeterna, est nostra felicitas in deo obiectu altera sita, de qua dicit Salvator ad patrem, *Hac est vita aeterna ut cognoscant te solum verum deum*, &c. Vel sic, *Vita uestra*, id est, vita gratiae & gloriae, abscondita, id est, ignota est omnibus viatoribus in deo, qui eam *Eccles. 9.10an. 17.* cognoscit atque causat altere continent. Nemo enim nout an dignus sit amore vel odio. Cum autem Christus apparuerit, id est, euidebit innotuerit esse. *Vita uestra* obiectu, hoc est, viuificator & beatificator vester. Quod maxime erit in die iudicij, quando in conspectu viuitorum Christus electorum suorum vita monstrabitur, *Tunc & vos apparabitis cum ipso in gloria*, FINIS. id est, anima & corpore gloriose eritis, atque cum Christo alta celorum penetrabis, ibi cū eo in celesti gloria sine fine mansuri. ¶ Præterea docet Apostolus, quomodo ad hanc beatitudinem valcamus pertinere. *Mortificate*, id est, destruite, Ergo videlicet ut vitā hanc semper immunditiam mercamini adipisci, *Membra uestra que sunt super terram*, id est, vitia corporis quae per membra explentur. Vnde quasi expponens quid dixerit membrum, adiecit. *Fornicationem*, id est, concubitum, soluti cum fornicatione, *Immunditiam*, id est, peccata contra naturam, *Lividinē*, id est, ardorē quemlibet in his quae ad turpitudinem pertinet, *Concupiscentiam*

Cap.5. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D Concupiscentiam malam, id est, interiorum inclinationem ad vitia carnis, Et avaritiam, quae est idolorum seruitus, id est, idololatrie coparatur. Nam sicut idololatra potius seruit idolo quam vero deo, ita avarus magis colit, curat, & cogitat suam pecuniam, quam creatorē. Propter quae virtutē *Venit ira dei*, id est, diuinū iustitia vltio, Super filios incredulitatis, id est, in hominēs infideles ac reprobos. In quibus peccatis *Etuos Colofenses*, *Ambales* hoc est, cōuerterati estis. Aliquando cundo de malo in peius, *Cum uiueretis in illis* quando videlicet non dum cōuerteri suistis ad Christum. *Nunc autem deponite vestos omnia* qua sequuntur, videlicet *iram* qua inordinatus appetitus est vindicta propter parupensionē, indignationem quæ ex superbia & ira procedit. *Malitiam*, id est, machinationem in aliis in alium, corde conceptam, *Blaſphemiam* contra deum & sanctos, *Turpem*, id est, impudicū *Sermonem* deponite, *E ore uestru. Nolite mentiri inuicem*. Os enim quod invenitur, occidit animam, ut dicitur in libro Sapientiæ: *Expoliante uos, hoc est, exuentes, Veterem hominem*, id est, pristinum statum, vel vobismetipso quo ad id quod fruſtis per culpam *Cum aliis bus fuis* vitiouſo. *Et inuidentes nouum*, id est, per opera bona, ac sacramenta, & gratiam, induite hominem spiritualiter reformatum, id est, vobisplor inuocate interius, *Qui nouis homo*.

Renouata & crescit quotidie, in agnitione dei, id est, contemplando diuina. Renouatur autem hoc modo, *Secundum imaginem eius*, id est, quantum ad partem intellectuā, in qua est imago eius, *qui fecit eum*, id est, summi creatoris, cuius *imago resplendet*, in superiori parte animæ rationalis, quæ pars potestuaria renouatur quotidie recipiendo à deo gratiæ incrementa, ornamenti virtutū, & sapientiae claritatē. *Vbi i. in quo homine interiori ac novo videlicet in parte animæ intellectuā*, Non est masculus neque feminus, id est, discretio sexus que attenditur secundum corpus non animā, nec est ibi *Genuitilis & iudeus*, hoc est, discretio generis, quoniam omnes quantum ad animā immediate à deo creaturæ, *Circuncisio & praeputium*, id est, differentia obſeruationis seu ritus. *Barbarus & Scytha*, id est, differentia linguarum, *Seruu & liber*, id est, distinctio conditionis. Est itaque sensus quid propter ifa, nō est virus dignior vel indignior coram deo. Nam quantum ad hominē interiorē nulla diuersitas exterior sexum, nationū, obſeruationum,

Sapien. i. De ore uestru. Nolite mentiri inuicem. Os enim quod invenitur, occidit animam, ut dicitur in libro Sapientiæ: *Expoliante uos, hoc est, exuentes, Veterem hominem*, id est, pristinum statum, vel vobismetipso quo ad id quod fruſtis per culpam *Cum aliis bus fuis* vitiouſo. *Et inuidentes nouum*, id est, per opera bona, ac sacramenta, & gratiam, induite hominem spiritualiter reformatum, id est, vobisplor inuocate interius, *Qui nouis homo*.

Roma. 2. Non est masculus neque feminus, id est, discretio sexus que attenditur secundum corpus non animā, nec est ibi *Genuitilis & iudeus*, hoc est, discretio generis, quoniam omnes quantum ad animā immediate à deo creaturæ, *Circuncisio & praeputium*, id est, differentia obſeruationis seu ritus. *Barbarus & Scytha*, id est, differentia linguarum, *Seruu & liber*, id est, distinctio conditionis. Est itaque sensus quid propter ifa, nō est virus dignior vel indignior coram deo. Nam quantum ad hominē interiorē nulla diuersitas exterior sexum, nationū, obſeruationum,

IN EPIST. PAVLI AD COLOS. 262

obſeruationum, linguarum, aut conditionum præiudicat alteri, *LC v.15.*

Sed omnia & in omnibus Christus, id est, Christus est omnia A causaliter omnibus generibus atque operibus hominum dans B existentias ac permanentias. Ipse quoq; in omnibus est per gratiā vel prouidentiā. *Induite ergo uos, sicut electi dei*, id est, à deo predestinati, vt speramus vel deo reuelate cognoscimus.

Sancti, id est, à virtutē emundati per sacramenta ecclesiæ. *Et diligiti deo recipiendo beneficia eius, Viscerā misericordie.* Inter nos pietatis affectus, Benignitatem hoc est, animi preparationis ad benefaciendū proximis vel ipsum misericordiæ opus Humilitatem, modestiam, id est, moderamen in verbis ac factis, Patientiam, supportantes inuicem sicut Galatis dicitur est,

Alter alterius onera portare. Et item Romanis, Debemus nam Galat. 6: simiores imbecillitatem infirmorum sustinere. *Donantes uobis Roma. 15.* metipſis, id est, munuo ignoscentes, *Si quis adulteri aliquem habet querelam*. i. si uanu vestru ab alio est offensus, seu iniuriam Matth. 18. passus, *Sicut & dominus Christus seu trinitas, Donauit i. indulſit, purè, gratis, & festinanter Vobis*: ita & vos vestris debitoribus indulgete. Vnde dicit Saluator, Exemplum dedi vobis, vt quemadmodū ego feci, ita & vos faciatis. Alibi quoq;, Si nō dimiseritis de cordibus vestris, nec pater vester dimittet Matth. 6. vobis peccata vestra. *¶ Deniq; & enorme sit ita non agere, cōstat per ea quae in Ecclesiastico scribuntur, Homo homini ser. Eccl. 28. uat iram, & à deo querit medelam!* In hominē sibi similem nō habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur altissimum. Quis exorabit pro peccatis illius? *Super omnia autem haec charitatem habete* i. hoc præ cateres omnibus hortor, & summe C necessarium, ut ille similius est, ut charitatem dei & proximi habeat. Propter quod ait saluator, Mandati nonum dedi vobis, *ioan. 13.* vt diligatis iauicem. *Qued* hoc est, quam charitatem habebet,

Est uinculum perfectionis i. aliarum virtutē conseruatio, consumatio, nexus ac ligamentū. Charitas enim est præstantissima virtus, omnes virtutes mouēs, perficiēs & meritorias reddens: 1. Cor. 13. qua subtracta, nulla virtus meritoria permanet. Propterea beatissimus archiaphostolus in prima sua Canonica, Ante omnia, 1. Petri. 4. inquit, mutus in vobis charitatē continuum habentes quoniam charitas operis multitudine peccatorū. *Et pace Christi* i. interna & vera pax, scilicet tranquillitas cordis, leu quies mentis in deo, *Exultet* i. redundant latititia pariat, *In cordibus uestris, Pace*

Cap.3. D. DIONYSIUS CARTHVSIAN.

- D. Pace enim quid dulcissimum, quidque iucundius esse potest? In qua uos eos estis in uno corpore mystico, hoc est, per pacem positi pace. Et estis inter membra Christi, immo ad hoc vocati estis in unam ecclesiam, ut sempiternam fortitudinem pacis. Unde dictum est alibi, In pace vocavit nos dominus, Et gratia estote deo pro vnuersis beneficis eius. Qui enim gratias agit, donis potioribus meretur amplius. Iuxta illud in Evangelio, Omnes habentur iustificari ab eo, qui est gratia. Verbum Christi, i.e. euangelica doctrina ex ore Christi prolatum. Habetur i.e. stabiliter maneat, In uobis hoc est, in mentibus vestris per iugem memoriam & veram obedientiam: iuxta illud in Psalmo, In corde meo abscondi eloquias tua, ut non peccarem tibi. In omni sapientia i.e. intellectu sapientialis totius scripturae sacrae, quatenus verba Christi sapienter intelligatis. Docentes & commentantes, i.e. exhortantes, Vosmetipos ad opera perfectiora, In psalmis qui ad bonam operationem hortantur, Et hymnis in quibus diuina laus continetur, Et canticis spiritualibus quae de celestib[us] bonis, futurisque gaudiis agunt, In gratia gratificante, sine qua nihil est meritiorum. Vel, in gratia i.e. cum gratiarum actione. Vel, in gratia i.e. consideratione gratuitorum beneficiorum dei, Cantantes i.e. laudentes dicitur, In cordibus uestris hoc est cordialis affectus & cum mentali attentione, Deo quemadmodum scriptum est, Laudabilis visus ad mortem anima mea dominum. Et in psal. Canticis domino in vita mea, plallae deo meo quamdiu sum. Hoc dicitur contra eos qui non corde, sed labiis deum glorificant. De quibus per Esaiam dominum contestat, Appropinquat populus iste ore suo, & labiis glorificat me, cor autem eius longe est a me. Omne quodcumque facitis in uerbo i.e. predicando, docendo, hortando, orando, cantando. Aut in operi exteriori. Oisia nomine domini nostri Iesu Christi i.e. ad gloriam Christi, & cum invocatione nominis eius. Facite gratias agentes deo & patri i.e. sancte trinitati, cui quotidie dicimus, Pater noster qui es in celis, Per ipsum i.e. ex consideratione beneficiorum, quae trinitas nobis largita est per mediatorem nostrum hominem Christum. Praterea descendit apostolus ad moralem particularium personarum instructionem. Mulieres subditae estote uiris id est, maritis vestris. Sicut oportet in domino i.e. sicut deus insituit, dicens mulieri, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Vel, sicut oportet in domino,

IN EPIST. PAVLI AD COLOS. 263

- mino. i. in licitis & honestis quae complacent deo. Viri, diligite uxores uestras non folium maritali & naturali affectu, sed spirituali dilectione. Et nolite amari esse ad illas, sed secundum scientiam cohabitare illis tamquam iustioribus calculis imparientes honorem. Vide in Ecclesiastico habetur, Noli esse sicut leo in domo tua, auertens domesticos tuos, & opprimens tibi subiectos. Filii, obedite parentibus per omnia, quae sunt apta materia obedientiae, i.e. in cunctis bonis ac licitis, & maius bonum non impeditibus. Hoc enim placitum est domino. Nam deus hoc iussit. Patres, nolite ad indignationem provocare filios uestrorum, habendo vos indiscretos, & non paternos ad eos, Vi non pusillo animo fiant i.e. ne per pusillanimitatem frangantur, & obediens desistant, non valentes ferre duritiam vestram. Omnia hec ad spirituales patres, eorumque filios maxime pertinent. Serui, obedite per omnia i.e. in omnibus bonis Dominis carnalibus i.e. temporalibus, in corporalibus dominationem exercentibus. Non ad oculum seruentis i.e. non solo seruili timore & in dominum vestrorum praefentia, Quasi hominibus placentes id est, tanquam hoc fulm opantes & intendentes, ut hominibus placeatis, & non potius deo, Sed in simplicitate cordis i.e. sincera intentione feruite dominis illis carnalibus, etiam discoloris, Timentes deum casto ac filiali timore, cuius præfessionem leu conspectum non potestis effugere. Quodcumque facitis in obsequio dominorum vestrorum. Ex animo id est, cu[m] promptitudine voluntatis operamini, vt pote amore iusticie, atque intuitu mercedis diuinae, non timore pena, & solo intuitu remunerations humanae. Talem enim animam approbat deus, Sicut domino deo principaliter seruentis, Et non hominibus tantum, quia & si hominibus deseruiris, hoc tamen propter deum libenter facere debetis, quasi suffitentes hanc seruitutem ex ordinatione diuina pro pena peccati, cui obnoxij estis. Seruitus nempe ob culpam inducta est. Scientes fide certissima, Quod a domine accipietis retributionem hereditatis i.e. premium vite aeternae, quae est hereditas electorum. Retributio autem hereditatis aliud non est nisi ipsa hereditas quae donatur. Hanc hereditatem habebitis, si profato modo seruentes fueritis, Domino Iesu Christo seruitate summe que finaliter, immo & latra seruitute, qua soli deo debetur. Qui enim injuriam facit alteri, infideliter seruendo, aut alio modo

1.Pet.3.
Ecli. 4.

1.Petri.2.
Rom.13.
C

FINI

Cap.4. D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

D modo Recipit id quod inique gesisti id est, pro sua iniustitia debitam poenam exsoluerit: iuxta illud Psalmista, Qui custodit veritatem in seculum, facit iudicium inimicorum patiens. Et alibi, Mihi vindictam & ego retribuam, dicit dominus. Et nō est perfornarum acceptio apud deum. Hoc iam vbertum dictum atque expostum est. Deus enim neminem ad se venienteum, vel quod in se est, facientem repellit, nullius etiam peccata inulta dimittit. Vnde ipse dominus in Ioan. testatur, Esi qui venis ad me, non citoiam foras. Et alibi ait scriptura, Deus opus hominis reddet, ei & iuxta via singulorum restituet. Item que Si dixerit homo ad deum cor suum, spiritum illius & gloriam ad se trahat. Ex his tamen non sequitur, quin deus iustus ac sapiens ab eterno elegerit vinum prae alio, etiam absque omni merito hominum. Domini quod iustum est ratione obsequij vobis exhibiti. Et secundum proper conformitatem naturae in vobis ac seruis, Seruis vestris Prestate, videlicet dignam mercedem, & piam subventionem ac miserationem, Scientes quoniam et vos dominum iustum ac infallibilem iudicem. Habetis in celo, qui cadem mensura qua mensi fueritis, remeteretur vobis. Sic enim facit homini, quemadmodum homo proximo suo.

Lxx.6.
Matth.7.

E

Cap. 1111. Oratione instate vigilantes in ea.

ARTICVLVS. IIII.

edit apostolus ad generalem exhortationem, secundum discipulorum suorum precibus commendat.

Oratione pro vobis ac aliis fuisse instate id est, instanter seu diligenter ac perseveranter intendite, Vigilantes id est, vigili mente durantes, imo & pernoctantes in ea exemplo Christi, de quo scriptum est in Euangeliō, Erat Iesu pernoctans in oratione dei. Indesinenter ergo vigilanter & affectuōe orandū est. Propter quod ait saluator, Oportet semper orare, & non desicere. In Ecclesiastico quoq; scriptum legitur, Nō impediari semper orare. Et, Ante orationē præpara animā tuam. Denique libenter vacare nos conueit orationi, penitentes illud Chrysostomi, Cōsidera quanta tibi concessa est felicitas, quanta gloria attribuita, orationibus fabulan cum deo, cum Christo misericere colloquia,

Lxx.6.

Ecccl.13.
Ibidem.

Chrysost.

R Edit apostolus hanc scripturam epistolam de carceri Ephesi. Aperiat, inquit, mihi dominus omnium sermonis. Vide patet apostolum hanc scripturam epistolam de carceri Ephesi. Aperiat, inquit, mihi dominus omnium sermonis.

IN EPIST. PAVLI AD COLOS. 264

quia, optare quod velis, quod desideras postulare. Dicit quoque Chrysostomus, quod orans in concuento vel in publico, nil noui facere debet quod apiciant alii, vel clamando, vel peccatum percussendo, vel manus extendendo. Sic ergo oratione instate, vigilantes in ea, In gratiarum actione id est oratione gratiarum actione de prateritis bonis miserebet; quia hoc plurimum confert ad obtinendum quod petitur. Nam & dilectionem accedit, benevolentiam capit, & ad portiora disponit.

Orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis omnium sermonis id est, os meum seu labia, vnde verba egreduntur, velut ex ianua, ipse aperiat, sicut a Psalmista, Domine labia mea aperies, hoc est, ut deus gratiam menti mea infundat, per quam ad loquendū diuinum moucar, & non tam ego loquar, quam spiritus sanctus per me prout in libr. Regum David ait, Spiritus domini loquatus est per me, & sermo eius per linguam meam, Ad loquendū mysterium Christi id est, ad prædicandū diuinā secreta de Christo, videlicet incarnationem, passionē, ascensionē, &c. Ex his constat, quod nemo nostrū adeo perfectus seu virtuosus esse potest in oculis suis, vt non curat orationis suffragium etiam ab inferioribus flagitare, cum videat sacratissimum istum, diuinissimumque apostolū tam frequenter atque humiliiter pro se orari, efflagitare. Propter quod prædicationis officium. Etiam uirtus sum iam apud Epescum. Vide patet apostolū hanc scripturam epistolam de carceri Ephesi. Aperiat, inquit, mihi dominus omnium sermonis.

Vt manifestem illud, i. prædictum Christi mysterium clare enunciant & expandant, vt conseqvar præmium temptationis quemadmodū sapientia ipsa loquitur, Qui elucidant me, vita æternā habebunt, ita, itam efficaciter & cōstanter, Ut operet me logi; ita lis intimare mysteria Christi propter gratiam apostolatus mihi cōfessam. ¶ Deinde admonet eos ad cōversationē exemplarē. In sapientia ambulate ad eos, i. prudenter & exēplariter vivite corā illis, Qui foris sunt qui ad Christi gregē & ecclesię vnitatē nō pertinent, vel corā quibuscum; extraneis & ignotis ne scādalizentur. Vnde alio loco docet apostolus, Honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. Et Christus in Euangeliō, Luceat lux vestra corā omnibus. Patet ergo propter secundū apostolū curandū est nobis de fama honesta, non ob propriā laudem, sed ad dei honorē, & proximorum salutē. Matt.5.

Psal.50.
B
2.R.c.23.
2.Tess.3.
1. Cor.14.

Ecccl.2.4.

1.Theff.4.